




EL LATINO
DE REPENTE;

DE LORENÇO PALMIRENO,
con la traducion de las Elegancias
de Paulo Manucio.

S A L E E N E S T A V L T I M A
impression, mas corregido y emendado què antes estaua.
Y con addicion de vn Indice general
 de todas las Frases



C O N L I C E N C I A
En Seuilla en casa de Andrea Pescioni
Año de 1583.
A costa de Diego Nuñez Mercader de Libros.

por Comision de los Señores inquisidores ... este libro y no tie ne que expurgar en 19 Henero del 1637

F. Bar.me del ...


no tiene que expurgar año de 1640.

No tiene que expurgar segun el expurgatorio del año 1707

fr. Alvaradio de Assunag

EGo.Fr.ANDREAS Romero Pacē sis in sacra theologia Magister, ā comissione illustrissimi Ordinarij Hispalēsis vidi hoc opus Laurētii palmyreni, qui Elegātias Pauli Manutij traducit, & eis etiam additionis aliquot apponit, & nihil in eo quod fidei catolicæ aut bonis moribus aduersatur adinueni, imo reperi, q̄ piè & studiose ea omnia pertractet, & interim suis simbolis ad virtutē allíciat, & à vitijs deterreat, præter eruditionem et copiam, quam latinæ linguæ in gratiā studiosæ inuentutis satis fœliciter ostentat, Dat in Conuentu Reginæ Angelorum Hispalēsis, 24, Martij, Ann. 1 5 7 8.

Fr, Andreas romero Magist,



Yo el Prouisor de Seuilla, por la presente doy licencia para que se imprima el libro aqui contenido segun y dela manera que esta impreso, guardando enla impression el orden que su Magestad en esto tiene dada. Fecho en Seuilla 15. de Abril. 1578. años.

El Licent. Valdecañas y Arellano.

Antonio de Ayala Not.

LAS ELEGAN

cias de Paulo Manucio. Traduzidas del Toscano por Lorenço Palmyreno,

NO a auido mas buen abogado, o defensor en juyzio que Ciceron. Abogado.

In agendis causis Cicero omnibus antecelluit præstitit, vicit omnes, excelluit inter omnes, anteiuit omnes, antecessit patronus Ciceroni conferendus nemo fuit, neque eloquentia, neque studio, neq; fide. ad iudices, ad tribunalia ad caussas tantũ eloquentiæ, studij, fidei. quãtũ Cicero, nemo attulit, in iudicijs, in foro, in forensibus causis, in forensi munere, in tractãdis causis, in caussarum patrocinijs, in defendendo; & accusando par ciceroni nemo fuit,

No se como acabe mi razonamiento. Acabar, o concluyr.

Quem admodum exitum expediã institutæ orationis, non reperio: nõ video qui possim institutæ orationi finẽ imponere quo fine institutam orationem claudere, absoluere, perficere.

Acabad ya essa guerra,

In eam curam incumbe, ne qua belli scintilla relinquatur, vt belli extrem a deleas, vt belli reliquias persequare, atque conficias: vt profligatum a te, confectum, absolutum, sublatum penitus bellum lætari possimus,

Acabado es el año de mi gouernacion,

Anun

Annum munus confeci, absolui annuo munere perfunctus, absoluta est annua administratio: administrationis annuæ finem attigit ad finem perueni, abijt annus imperij mei,

Acaesciome al reues de lo que yo pensaua en mi pleyto:

Acaecer *Vt caussa acciderim litẽ perdiderim, euenit, obuenit, cõtingit, obtigit, accidit, factum est, casu factũ est, casus tulit fortuna talit fortuna fecit, fortunæ placuit,*

No acaesce esto en hombre sabio,

Hoc in sapientem minimè cadit, non est vt obuenire hoc sapienti posit, est hoc à sapiẽte alienũ, pertinere hoc ad sapientẽ non potest;

Acaescen muchas desdichas a los hombres,

Innumeris fortunæ telis proposita est, exposita est, patet hominum vita, impẽdent, imminent hominũ vitæ casus plurimi: euẽtus rerũ varij singulis prope horis extimescendi, quisquis vitã ingreditur, in hanc luce prodit, spiritũ è cælo ducit, huius lucis vsura fruitur, eũ casus innumerabiles manẽt, ei & que velit, & quæ nollit expectanda multa sũt, eius animus ex vario rerum euentu perpetuò fluctuet necesse est.

Con alegre rostro recibe los que le visitan.

Acoger o recebir. *Complectitur quisquis eum it salutatũ rerũ cumque*

cũque ad eum honoris caussa euenit, accedit adit euntes ad eum salutãdi caussa, salutantes eum honoris caussa, perhumaniter excipit hilari admodũ ac benigno vultu, omni genere humanitatis, quòd vultu, ac verbis exprimi posset: quamlicet humanissimè, sic vt nihil humanius: eo vultu, qui facile gratiam ineat benevolentiam consiliet, hominum animos amore diuinciat, ad amandum alliciat:

Querria que v. m. me acogiesse en alguna camara de su casa,

Velim mihi commodes, accommodes de cubiculo: si mihi cubiculum concesseris, meo cõmodo cõsules, sine me vti cubiculo tuo, liceat mihi, cubiculo a te concesso tuo, beneficio frui, tua humanitate, ac liberalitate,

Acoger o rescebir.

El era para toda cosa,

Percipuo quodam naturæ munere aptus erat accommodatus, appositus erat ad omnia, aptus ad omnia videbatur, ingeniũ acceperat, à natura ad omnes res appositum, atq; accommodatũ: eo erat eo vtebatur ingenio, qui duis vt exequi, & prestare satis cõmodè posset natus ad omnia videbatur, dederat hoc ei natura, quicquid aggrederetur, vt egregie, cõficeret, vt exceleret habebat hoc a natura vt quãcũque ad rẽ se cõferret: quãcunq; capesseret, cũ nõ pessime perfungeretur, ex eacũ laude discede (ret,

Acõmodado y cõueniẽte.

Nunca me apartare de vr̃o lado

Acompañar. *In omni te fortuna commitabor tibi comes ero me, tibi comitẽ adiungam, assiduũ me comitẽ habebis, hærebo tibi, hærebo lateri tuo, à latere tuo non discedã, non diuellar, semper, nunquam, non, in omni tempore ac loco, assiduè assiduus tecum, ero, numquã abs te seiungar, digrediar, recedam,*

Aun no estays abituado, o enseñado al trauajo.

Acostũbrado. o habituado. *Nondum laboribus assueuisti: nondũ es laboribus assuefactus, laboribus assuetus, labores ferre, ac sustinere nondũ consueuisti, labores nõdum satis expertus es, sensisti, tulisti, nondũ es in laboribus plane versatus, exercitatus, rudis es, insolens in laboribus nondum tibi familiaris labor est,*

No sienten las desdichas los que ya estauan acostumbrados à ellas,

Malorum cõsuetudine sensus amittitur malorũ cõsuetudo sensum adimit: sentiẽdi vim aufert, stuporẽ inducit, injicit: infert, sensus obstupefacit, sensus obstupescit, adimitur aufertur vsu diuturnum calamitatũ, aduersas res minimẽ sentiunt, sensu non percipiunt ij, quorũ occalluit, animus quorũ animis callũ obduxit diuturna cõsuetudo, qui secũdis rebus vsi per quã raro sunt secũdas res haud sæpe nouerũt, quorũ animi tãtũ abest, vt recẽtes ad infortunia sint, insolentes ac inuias fortunæ sint vt

malo

malorum vsu & consuetudine prorsus obdurvuerint, callum contraxerint.

Aunque Caton fue tan virtuoso, cinquenta vezes fue acusado. Acusar.

Cato, cognomento Censorius: qui Censorij cognomem tulit, qui Censorius est nuncupatus: qui Censorij cognomine vsus est: cùm nemini esset probitate inferior; neminem haberet, integritate superiorem, nemini de probitate concederet bonitate inter omnes excelleret, præstaret quinquagies tamen accusatus est, in iuditium vocatus est, postulatus est, ei dicta dies est, eius nomẽ delatum est, causam dixit vitæ suæ, actorũ suorum rerum à se gestarum ratiomem reddere, vitam suam atq; innocentiam probare coactus est, subijt iuditium, venit in iuditium, reus fuit reus factus est, sedit reus, sedit reorum loco; iudicum tribunal adiuit; acusatorum audit impura maledicta, acerba conuitia, accusationis molestiam, sustinuit.

No es bien hablar delo que adeuinar no podemos. Adeuinar.

Abstinendum est earũ rerũ sermone, ommittendus est, dimittendus est, prætermittẽdus est, abijciendus est, earum rerum, sermo, suscipiẽdus inducendus: habendus his de rebus sermo nõ est quæ posita non sunt in coniectura, minimè à coniectura pendent, à coniectura procul absunt, extra coniecturam sunt, quas coniectura antecape

 re

re,præcipere,prospicere,prouidere, assequi, con iicere,conicctare,augurari,diuinare nom licet, quæ sunt eiusmodi,vt eas vaticinari,ad eas con iectura propius accedere, de iis certo coniicere, cer tam coniecturam facere, certus vates esse coiicctor esse nemo posit, de quibus dificilis ad modũ coniectura,incerta,& obscura diuinatio, obscurum augurium est,in quibus quid futurii sit,eueturũ quid offerre,parere dies, casus, for tuna,sors,possit suspicari non licet.

Adolecer. Padescio tanto trabajo enel camino que adolescio de vna graue enfermedad.

Iteneris laboren ita grauẽ sensit expertus est itineris labore ita est affectus,de fatigatus, fra ctus,vt in grauẽ incederit morbun,vt merbo sit afectus difficillimo, vt ægrotauerit periculose,dubia vitæ spe:labor itineris ita grauiter cũ affecit,afflixit,vt morbi causam attulerit, & eius morbi,qui vitã in discrimẽ adduceret, in quo de vita prorsus ageretur, vita veniret in dubium.

Aduersario. Soysme en todo brauo aduersario.

Aduersarium te nimis grauem,nimis acrẽ,in festum acerbum, vehementem,crudelen, habe mus nimis acerbus, nimis aduersus,nimium gra uis:atq; infensus nobis es: oppugnans nos quan potes acerrime & grauissime: nullan aduersus nos iniuriã prætermititis,nulla nos iniuria, nulla re nõ la cessis:tuis contra nos viribus vteris: tuan

tuã in nos vim cõfers, omnia conaris, nihil non agis, moues, tẽtas, experiris, machinaris, ad perniciẽ nostram: aduersario te vtimur nimis acerbo nimis infenso: agis contra nos, pugnas aduersus nos irruis in nos, quo potes impetu: impetu quã potes maximo: eo impetu, qui potest esse maximus.

Mucho siẽto las desdichas q̃ padeceys. Aduersidad.

Tuæ me calamitates grauiter afficiunt, ma mihi nimis aduersa fortuna grauissima est: tua me torquent infortunia, tuis angor, excrucior, affligor, solicitor, vexor malis: miserrimum tuæ vitæ statum iniquissimè fero: ex tuis miseriis dolorem haurio acerbissimum: tuæ me miseriæ miserrimum faciunt, miser sum tua miseria: dolor meus ex tuo dolore pendet, tuis doloribus doleo angoribus angor.

Gran fama ganareys, si en este negocio no os descuydays. Affamado.

Hoc munus si cum laude administraueris, gesseris, curaueris, in hoc te munere si præclarè gesseris, expressior: & illustrior tua virtus erit, tua virtus patebit illustrius, extabit apertius: magis quàm antea patefient, certiùsque cognoscentur animi tui bona: qui vir sis, & quantus, magis quam antea, res ipsa declaribit maiorem quàm antea, ingenij, animi que tui significationem dabis, te ipsum oculis te homi e num aperies, ac patefacies: ipse te sic proba-

bis, vt antea nunquam.

afligido. Estoy muy triste y affligido

Iaceo in mærore, ac sordibus, afflictus Mero a te iaceo ac languet animus meus: pessimè est animo meo, tristissimis vexor, & conficior curis, mærore contabesco; debilitor, conficior, obruor nilme tristius: deditus tristitiæ sum.

afrentado, Vos me aueys afrentado.

Ignominia sum à te affectus: tuli a te ignominiam: ignominiose sum à te tractatus, mihi ignominiam intulisti, a tulisti.

Mas afrentados quedaran ellos que vos

Maiori hoc illis erit fraudi quan tibi, vitio dabitur ijs potiùs, quan tibi. culpæ plus in eo: quan inte confertur: plus ipsi ferent infamiæ, dedecoris, ignominiæ culpæ, grauior ad eos quam ad te redibit infamia.

Gran afrenta sera si osconoscen deme nós esfuerço que antes,

Animi tui magnitudinem, inflectere sine summo de decore non potes, sub ibis infamiam, si ab animi tui præstantia descieueris excelso: animo eras, si te de miseris, aut humile quicquam cogitaueris. facies turpissimè, dedecus admittes grauis infamia consequetur, summo tibi erit, de decori.

Enlo que vos pensays que ay honra, digo yo que ay afrenta,

Qua tu in re dignitatem, ego deformitatē sta

tuo pono loco, sitam censeo positam, locatam, constitutam quem tu dignitatis, eum ego locum infamiæ puto, quod tu valere ac laudem existimas, ego dedecus in eo, turpitudinem que constituo, vnde tu decus & gloriam speras exoriri posse, inde ego ne dedecus emergat, ne emanet infamia, ne turpitudo effluat, magnopere vereor.

Para siempre quedays afrentado.

Æternã ignominiæ labem subisti: sempiternam ipse tibi ignominiam imposuisti, æterna tibi est huius infamiæ nota, ipse te aspersisti. atq́ inquinasti maculis infamiæ sempiternis: spem tibi omnem futuræ dignitatis ademisti: nullam tibi in posterum dignitatis partem reliquisti.

Pesame que sin culpa os an affrentado,

Doleo, te immerentem conuitio iactatũ, exagitatum, vexatum, male acceptum, angor animo, quod ignominiam tuleris nulla tua culpa, quòd ignominia tibi sit illata immerenti, quod ignominiose, sis tractatus, ignominia sis affectus nullo tuo merito.

No me alabeys por lo q̃ yo merezco, sino por darme esse plazer, y cõtẽtamiẽto.

Tantas in me laudes confers, efers me laudibus, non indicio tuo meritone adductus meo, sed vt ineas a me gratiam, gratiæ causa ad colligendam beneuolentiam, gratiã meã his laudibus aucuparis, das hoc auribus meis, largiris mihi, nõ veritati: auribus inseruis, loqueris, ad voluntatẽ, nõ

hoc exanimo facis,sed eo concilio,idspectans,id se quutus, meum tibi vt amorem hoc artificio,hoc tuo quasi merito adiungas, mibi gratificeris,

Nunca os fere ingrato de lo que por mi aueys hecho.

Semper meminero,memoria retinebo,tuebor mente atq; animo, nunquan obliuiscar: nunquam apud me delebit obliuio beneficia, officia, merita erga me tua memorē tibi,quæcunq;, occasio se dederit,obtulerit,probabo, gratum me tibi,memoremq; præstabo, præstabo tibi eam: quan debeo,memoriam meritorū tuorū,gratūme nullo non loco, nullo nō tempore memorē gratia referendæ studiosum senti es:experieris, cognosces:grati animi laudem in me nō requires, non desiderabis: non comittam, vt ingratum me appellare poßis,vt in illo officio, quôd benemerentibus debetur,iure me ac merito quisquam reprehendat,vt in vitium ingrati animi non incidam,ne quis mibi turpem ingrati animi notam poßit inurere, ingrati animi vitium crimen,culpan poßit obijcere,vt ad ingrati animi vitio,crimine, culpa, turpi infamia longißime se iungar,discedam, absim, vt valde procul absim,vt ea culpa vacem, vacuus sim, caream,eius culpæ sim expers, quam committumt qui nullam referendæ gratiæ curam suscipiunt, qui de referēda gratia nimium laborant: enitar & vt spero,consequar,vt te de me optimê esse

meritum læteris,vt officia erga me tua volupta ti ac lætitiæ tibi sint:vt ex tuis in me officijs volunptatem capias,officiorum tuorum fructus feras,percipias,colligas:vt gratiæ tuæ gratiam a me feras,vt paren tibi referam gratian,par pari vt referam , vt officia tua paribus officijs æquem,compensem remunerem,remunerer.

Por mal aguero tenian los antiguos quando enla enzina caya el rayo. Aguero Rayo.

Mala veteres ominabantur, augurabantur infaustum omen,mali euctus omen , aduersum calamitatem portendens, incommodorum sign i ficans,iudicabant,si quercus fulmine percuterentur,ferir entur,fulminis ictum sentirent, de cælo tan gerentur.

Obligados somos ayudar a los amigos enlas necesidades. Ayudar.

Laborãtibus amicis open ferre,opitulari,auxiliũ ferre,auxilio esse,præsto esse subuenire,subsidio esse:adesse,minimè de esse debemus:a micos,miserijs oppressos leuare,æquan est , ius est. decet,conuenit:si quod inmalum eciderit amicus,acurrere,& erigere i ecentem debemus.

Ayudad ala patria que perefce

Fer opem ocidenti patriæ,excipe cade ntem patriam,medere , patriæ grauissimè laboranti: eripe summis e miserijs patriam:auxiliare , auxilium affer,auxilio sis patriæ:adiuua patriam noli patria deesse,noli committere , vt patriam

deseras, vt auxilium patria desideret in tam aduersa fortuna, in tantis malis, calamitatibus, infortunijs, miserijs, tam duris, miseris, tristibus, perditis, temporibus.

Suplico a v.m. me de remedio en mis trabajos.

Prospice, consule, prouide rationibus meis, suscipe me, respice fortunas meas, tuere me, complectere, foue, vt meæ tibi rationes curæ sint, cura suscipe rerum mearum.

Yo sere con vos.

Tecum ero, tecum faciã, te sequar, à te stabo, tuis in præsidijs ero: tuas partes, tuam causam sequar, tuebor, de tuis vnus ero: me tuum numera: me de tuis vnum habe: in numero tuorum ero.

alabar. Alaban a Bruto por que se esforço a librar la patria de Tirania.

Brutus effertur laudibus. in cælum tollitur, in cælum effertur, laudibus ornatur, illustratur, afficitur, celebratur: Bruto laus tribuitur, impertitur, laudatur: in Brutum laudes conferuntur, quia contendit, vt in pristinam libertatem patriam vendicaret, stitueret.

Alabare siempre la buena obra que me as hecho,

Tuum beneficium omnibus meis sermonibus illustrabo, effero, exornabo.

Caton alabo en grande manera lo que auia hecho Ciceron.

Cato res Ciceronis ornauit diuinis laudibus, extulit, prosequutus est.

Todos se alaban.

Omnes te summis laudibus extollunt, efferunt, exornant: in cælum ferunt.

Nunca me oluidare dela merced que me aueys hecho.

Istam tuam liberalitatem semper in ore, animoq;, habebo.

Nuncavino a menos desu palabra: y delo que era obligado.

Fide semper fuit & officio singulari.

El año passado alabauas la paz mas q̃ todos, a hora ya paresce que has mudado voluntad.

Anno proximo superiore, anno superiore pacis auctor præter cæteros eras, nunc videris à pristina causa desciuisse.

Alabo tu parescer.

Consilium mihi tuum probatur.

Muy vfano estoy que mi hijo seatan alabado.

Florere laudibus filium meum summe mihi gloriæ duco.

Mucho os estimo por nuestra amistad y vuestro buen ingenio.

Cùm amori quem inter nos mutuum esse intelligo, multum tribuo, tum de ingenij tui præstantia ita iudico, vt neminem tibi anteponam,

compa rem paucos.

Por muy venturoso me tengo en alabar me v.m,

Tanta esse puto verborum tuorum pondera vt ex tua laude omnia me consequuturum existimem.

Ser constante en vn buẽ parescer, es grã alabança,

Si quis in recta sententia sibi constat, ei magna laus debetur.

Yo acabo mi carta rogandote que me seas siempre buen amigo, y amonestãdo te que sigas el camino dela honrra.

Epistolæ clausula hæc erit, vt te rogem, vt me diligas: te horter ad illud, vnde laus emanat maxima.

Alcançar. Si os parefce alcançareys lo que pensays

Si tibi res facultatem videtur habitura, vt id quod cogitas, consequi possis, si videris id posse consequi. si putas posse fieri. si euentum speras cum animo tuo congruentem non alienum non abhorrentem a tua voluntate.

Alegria. Tanta alegria rescibo de tus cosas, como delas mias mismas.

Lætitiam ex rebus tuis eandem, quam ex meis nihilo minorem, quam ex meis, capto, accipio, percipio, suscipio, sumo, haurio, lætitia me afficiant res tuæ æquè ac meæ. pariter ac meæ, non minus quam meæ, non secus quam meæ, non se

tus ac meæ, non secus at que mea haut aliter ac meæ : tuæ mi res efferunt lætitia gaudiũ mi bi, afferunt pariunt præbente voluptate me perfundunt itidem vt meæ: tuis rebus vti meis afficior: quæ meis rebus eadẽ mihi è tuis oritur iucunditas voluptas, delectatio letitia, gaudium: tuis rebus ita lætor vt meis.

Huyo se alo mas alto dela casa. Alo mas alto.

Effugit, fuga se abripuit fuga euasit, ad ædium summa ad summas ades ad fastigium, ad culmen ad superiores, excelsiores, sublimiores ædium partes, abdidit se insummas ædes, fuga se contulit in summas ædes, fuga petiuit: summas edes.

Merefce que todos le amen,

Est, qui ametur, dignus est, qui diligatur: amore hominũ dignus est: sunt in illo quæ amorem concilient. possidet, quæad colligendam beneuolentiam valent, ad alliciendas voluntates animos adiungendos, comparanda hominum studia nihil desiderat, nil in eo requiras, nil ei desse dicas: caussas amoris in eo plurimas, odij nullam in venias ferreus sit, a versus ab humanita te, expers humanitatis prorsus homo non sit qui non illum amet, amore complectatur.

No ay persona aquien yo ame mas que a vos.

Nemo est omnium in quen magis, quam in te mea sit propensa, beneuolẽtia qui mihi te sit ca

rior,quem ego vehementius,quàmte diligã,quẽ ego maiore,quàm te beneuolentia complectar, magis ex animo,quam te,diligam.

El verdadero amor es el que se mueue por la virtud,y no por interesse.

Ea demum laudabilis est, ea praeclara beneuolentia,quam virtus,non fortuna peperit : qui virtutem indiligendis amicis, non fortunã sequitur, is optimo consilio vtitur, laudabiliter agit,ei laus debetur,honestus, & rectus amor illae est,quiex animi potius,quam è fortune bonis exoritur,emergit, existit, emanat,effluit quiquunq́ fortunam in amore spectat, non virtutem,iudicio labitur,sincerum in eo,simplexq́ iudiciam requiras,desideres.

Desseo que v. m. entienda quan cierto seruidor le soy,

Vellem,quae sit in te animi mei propensio, posses inspicere,cuperem,sensus tibi patere intimos animi mei : vellem,quomodo animatus erga te sim,oculis cernerẽ tibi liceret: nil mihi esset optatius,quàm vt eas mentis meae partes,quae oculos latent,ab oculis remotae,sunt,oculis minimè patent,possis introspicere.

amici simo. En todo lo que pudiere le mostrare como soy leal amigo,

Nullum erga te offitium hominis amantissimi praetermittam:meam,in te non mediocrem,non vulgarem,eximiam,summam,singularem, in-

ere

credibilem beneuolentiam re declarabo, osten= dam, patefaciam, quouis officiorum genere testi ficabor. testatam apud te relinquam, tibi pro= babo sic officijs, ac studijs illustrabo, vt eam & tu, & omnes clarissimè ternan vt ea tibi, at que ad cõ cũctis hominibus clarissimè pateat

Grandes amigos eran M. Tulio y Caton

Erat Cicero, & Cato. & amicitia, & sensibus in rep, conjũctissimi: amabant inter se vehemẽ ter, Cicero, & Cato. & erant pariter in Remp. animati, & eram sensibus in Rep. consentien= tibus,

Muy obligado soy a amaros.

Omnibus tibi necessitudinis causis coniũctus maxime sum omnes mihi necessitudinis causæ omnia necessitudinis summa iura: omnes neces situdines intercedunt: mihi tecum omnia sunt: ita multæ mihi tecum necessitudinis causæ sunt: vt nihil possit esse coniũctius: amo te singula = riter omnibus de causis: omnibus ad te aman = dum causis adducor. moueor, impellor: causam, tui diligendi nullam non habeo, quid est, cur te non etiam, at que etiam diligam?

Somos muy grandes amigos.

Artissimo necessitudinis vinculo coniũcti sumus, quo amoris vinculo adstricti sumus, eo nihil potest esse arctius: id eiusmodi est, vt la xari nullo modo p. sit. peruenit ad summũ ami citia nostra, aucta jecest, ita iã creuit nostra cõ ũ

ctio

ctio, vt nihil ad eam poßit acedere: quod vinculum, quod studij genus, aut officij, quæ omnino res amori nostro amicitiæ, coniunctioni, neceßitudini de est? in amicitia nostra requiri, aut desiderari potest?

Dende niños começo nuestra amistad

Amicitia est inter nos inita, instituta, contracta iam inde à prima adolescentia, amare cœpimus inter nos, iam tum cum adolescentuli eßemus, in amicitiam coiuimus a primis a dolescentiæ annis, ortus est inter nos amor, cum ex ephebis vix dum exceßißimus, eßimus egreßi: amicitiam iunximus, animos nostros amore iunximus iam ab illo tempore cum adnos a dolescentiæ primos attigeßimus,

Amor — Yo os amo en estremo.

Summè, vehementer, valde, magnopere, maximopere, maxime, etiam at que etiam: mire: mirificè. incredibiliter: vnicè: singulariter: egregie insigniter ex animo: ex intimo sensu, cum primis: in primis: apprimè: præcipuè, admodum: opidò. maiorem in modum, mirum: in modum: mi n me vulgariter, non mediocriter, te diligo: in te amando nemini concedo: qui te vehementius diligat concedo nemini: beneuolentia in te mea ad summum peruenit: amor in te meus is est, ita accumulatus est, vt addi nihil poßit: amorem in te meum verbis exprimere qui poßim, quem cogitatione vix complector, cuius magnitudinem

nem vix mente comprehendo? amorem inte meam cogitatione fortasse consequi, completiq; possum, verbis quiden exprimere, explicare, exprimere profecto non possum: æquo, similiter, pariter ac me ipsum, itidem vt me ipsum, nõ aliter ac me ipsum, non secus ac me ipsum, itidem vt me ipsum, te diligo, sic te diligo: vt neminem magis, ne meipsum quidem, cùm te multi diligant omnes tamen in amore vinco: principatum appeto, primas partes mihi vendico, principem locun obtineo: ferote inoculis: mihi es in amoribus: nihilmihi est te carius: secundum Deum, post Deum excepto Deo, cũ à Deo discessi, nemo mihi est te carior: ego te vt oculos meos, aut si quid oculis est carius, diligo: singulari erga te animo sum: vt pater in filium: ita ego in te sum animatus: habeo te filii loco: amor in te meus tantus est, quãtus potest esse maximus, hæres mihi in animo, in medullis, in intimis sensibus: singulari sum in te beneuolentia: primum in amore Deum, te habeo proximum.

Igual mente nos amamos.

Mutuo amamus inter nos, pariter, æquê, similiter, vicißim, amore non dißimili, mutuo, pari, par voluntas, ab vtroque nostrum accipitur ac redditur.

No me teneys la voluntad q̃ yo ostẽgo.

Animus tuus in amore mihi non respondet: parem in me beneuolentiam minimê declarasti.

sti, mutuæ beneuoletiæ significationem nõn de disti: non esse te mutuo erga me animo. nõ æque at que ego sum in te, animatum: demõstrasti: tuum in me amorem non esse cum meo conferendum, inferiorem esse meo, infra meum esse, indicasti.

Querria saber que voluntad me tienen todos.

Scire velim, quo quisque in me animo sit, vt quisque sit erga me animatus. afectus, qui cuiusque sit erga me animus, qui sensus, quæ voluntas: sensus cuiusque nosse, tenere, callere velim, pateres mihi velim.

animo dudoso. No se que me haga.

Ancipit, cura distrabo, iactor, verfor. animi pendeo, incertus animi sum, pendet animus, inclinat, huc illuc fluctuat, iactatur incertus: quid consilij capiã, vtrã in partẽ me dẽ, ignoro: explicare cõsilium, expedire me ex hac deliberatione exitum meæ cogitationis inuenire non possum, distrabunt me diuersa consilia, in vtranque partem ita multa succurrunt, vt dificilis admodũ sit. minime expedita, miminè explicata, minimè explorata, minimè certa, per obscura, haud satis operta deliberatio.

animo grande Conosco que eres magnanimo,

Noui magnitudinem animi tui, firmitatẽ cõstãtiam. vim, robur, fortitudinem, excellentiam: præstantiam: altitudinem, sublimitatem, excel-

sita

ſitatem noui quâm forti animo ſis, quam conſtanti, ac firmo, quâm non demiſſo, non humili, non imbecillo, non fracto, quàm ad omnem euentum, ad omnes caſus ferendos; ad omnem fortunam, ad omnes temporũ motus, viciſſitudinês que ſtabili, ac parato.

Muy amigo ſoy de los magnanimos.

Præſtantis animi viros libenter complector, quorũ animus vigit, qui animo vigent, qui vigore animi præſtant, quórum animus excellit, qui animo excellunt, qui ſunt excellenti animo, ſunt excellenti animo præditi, ſunt excellentis animi, in quibus eſt animi excellentia quædam, præſtantia, altitudo, excelſitas, ſublimitas, robur, vis, cum his libenter amicitiam contrahó, ineo, coeo, inſtituo, iungo: eos ſtatilẽ amo, amicos mihi libenter adiungo, applico me; adiungo me libenter ad eorum amicitiam: ſponte mea & inductióne quadam animi ad eorum amicitiam accedo; ad eos amandos, propendeo inclino me do:

De animo apocado, no cumple aguardar altos penſamientos. animo apocado

Ex humili animo, objecto, puſillo, exili, exiguo, anguſtô gloriæ cupiditas non emergit, exoritur, exiſtit, elfluit: anguſtos animos ampla & pæclara cogitatio non ingreditur.

Con tus hazañas ſe an esforçado los couardes. animo forç

Tuis præclaris actionibus, qui antea timebant, excitati ſunt, recreati, ad bonam ſpen, ad fortitudinẽ reuocati, animos receperunt, recuperarunt, collegerunt

runt, reuccarunt.

animo reposado. No creeras quan sossegado tengo mi animo.

Vix credas quã æquo animo sim, qua fruar quiete, quã sit animus meus omni cura vacuus ac liber omni cura vacet, ab omni cura procul absit, quàm sit tranquillus animi mei status: quam tranquillè seipso fruatur animus meus, æquitatem animi mei coniectura vix assequare, cogitatione haud facile comprehendas.

animo senzillo, o sin dobles. No soy de animo doblado.

Simplex mihi animus est, directus, apertus, nulla simultatione tectus, aut arte coloratus: simulationem simulandi studium mea natura, mea consuetudo, respuit: neq; libenter, neq; facile fingo simplicem veritatem amo: odi artes, quibus veritas vt inuolucro quodam obtegitur.

Yo soy hombre muy llano.

Simplex homo sum: simplex mihi animus est, apertus, nulla simultatione tectus, purus â fraude, ab omni labe: apertam veritatem amo: simulãdi artificiũ a me prorsus abest.

apparencia. Los mancebos de sola apparencia se contentan.

Specie capitur adolescentia, oblectatur, gaudet lætatur speciem amant adolescentes.

aprẽder, Muchas cosas aprendemos con la experiencia.

Multa discuntur, percipiuntur ab experientia mul

tarum

tarum rerum scientia, cognitio, intelligentia, doctrina capitur, sumitur, hauritur ab experientia & vsu: multa cognoscuntur experientia duce: multarum rerum magister est vsus, multa docet, ostendit, patefacit: viã aperit vsus ad multarum rerum scientiam, erudimur valde, instruimur, expolimur, ex ignorantiæ tenebris educimur, ad scientiam multarum rerum experientia duce peruenimus, multarum rerum scientiam consequimur, experientiam secuti, experientia docti, experientia magistra.

Poco salario os dan los Arrendadores. arrendamiento.

Tenui mercede, leui quæstu, exiguo lucro das operas in scriptura, operam nauas ijs, qui vectigalia tractant, vectigalibus præsunt.

Es el principal arrendador. arrendador.

Magister scripturæ est: scripturæ præest, vectigalibus præest, princeps publicanorum est: illi potissimũ demandata vectigalium cura est: ei maxime commissa vectigalia sunt: vnus præcipue vectigalium curam gerit, sustinet, vectigalia præcipuo quodam iure, summo quodam iure exercet.

Siempre cõuersays comigo, pero no teneys assaz entendida mi intencion. Assaz.

Me vteris assiduè, assiduus tibi mecum intercedit vsus: consuetudo inter nos assidua est, veruntamen planè non tenes animum meũ, prorsus non calles mea cõsilia, non omnino mei tibi sensus patent, non penitus, non perfectè non ex omni parte, non vsquequaque.

asegurar Yo no os puedo assegurar que no os haran agrauio.

Ego tibi à vi præstare nihil possum: vim tibi nullam factum iri, illatum iri, allatum iri, oblatum iri, pro certo non polliceor, planè non affirmo. tutum à vi te futurum, ne pro certo existimes, nullã fore vim, exploratè, asseueranter, certò promittere no audeo: ea te cura prorsus non libero, non eximo, eam tibi curam planè non eximo, non adimo, non aufero, ne quando tibi vis inferatur vlla, ne quam aliquando vimferas, sustineas, patiare, sentias, experiaris, nequid aliquãdo per vim patiaris.

astucias o engaños. No soy amigo de engaños.

Astutiæ mihi non placent, non probãtur, nõ satis faciunt, astus nõ amo, artem simulandi fraudem artificio tectam, mores ab aperta quadam simplicitate alienos, fucum ac fallacias, vafritiem, nimiam calliditatem, astuta ingenia, versuta, vafra, nimis callida, ad astutias, vafritiem, calliditatem, propensa naturali quodam odio prosequor sum ob astutijs alienus, abhorret animus meus ab astutijs.

Astuto. Annibal en cosas de guerra fue mas astuto que todos los Carthaginenses.

Hannibal in re bellica, in rei scientia militaris in gerendis bellis callidissimus, vaferrimus, versutissimus, astutissimus fuit omnium Pœnorum, vafritie, calliditate, astutijs, astu, arte, vicit, anteiuit, ante cessit omnes Pœnos, præstitit, antecelluit

supe

ſuperior fuit omnibus pœnis.excelluit inter pœnos, parem habuit Pœnorum neminem vafritie, callidi tate,verſutia,aſtutis,aſtu,arte,nemo omnium Pœ- norũ cum Hanibale conferendus,comparandus, æ quandus,componendus ad eam calliditatem, vafri tiem,artem qua gerendis bellis Hannibal excelluit: aſpirare ex omnibus Pœnis nemo potuit in bellicis aſtutiis,atque artibus aſpirare ad Hannibalem ex Pœnis nemo potuit:quis Pœnorum Hannibali gerẽ dorum bellorum ſcientia par fuit quis perfectã be- lli gerandi rationem vt Hanibal tenuit,calluit no- uit,poſſedit,conſecutus eſt,obſtinuit.

Mala fama teneys de Auaro. Auaricia.

Auaritiæ nomine malè audis:auaritiæ flagras inſ famia laboras,infamia auaritiæ tibi crimen obijci- tur,exprobatur:inte confertus auaritiæ culpa, tibi auaritiæ nota inuritur:ſuſpectus in primis es, aua- ritiæ nomine acuſaris,reprehenderis, exagitaris, vt in auaritiam pronior,ad auaritiam procliuior, vt homo diuitiarum nimis appetens; immoderate ſitiens,ſupra modum cupidus, cupidior quâm ſatis eſt auidior quâm ſatis eſt,nimius in diuitiarum cupi ditate,

La Auaricia cauſa muchos males.

Parit auaritia multa mala, exiſtunt, naſcum tur,proficiſcuntur,proueniunt,effluunt, emanant exoriunturex auaritia multa mala,multarum malo rum cauſa,origo,principium, fons,radix, auaritia eſt:multorum malorum cauſa referenda, ad aua-

ritiam, conferenda in auaritiam, adſcribenda, aſignanda, tribuenda auaritiæ eſt: culpam ſuſtinet auaritia multorum malorum.

El mas Auaro delos Romanos fue Craſſo.

Peſsimè omnium Romanorũ audiebat Craſſus auaritiæ nomine: maxime omnium Romanorum, Craſſus auaritijs flagrabat, infamia: aurum ſitire, opes appetere, maximè vnus omnium, magis quam cæteri, præter cæteros Craſſus putabatur: nemini grauior, ac turpior in vrbe Roma, quam Craſſo: inurebatur auaritiæ nota: auaritiæ vitio Craſſus magis, quam quemuis alium hominũ notabat opinio incũbere ad opes, inhiare diuitijs tãto ſtudio, quãto in vrbe Roma nemo præterea, Craſſus exiſtimabatur.

En eſtos tiẽpos, reyna mas la auaricia q̃ nũca

His temporibus latiſsimè patet auaritia vbique, vbique locorum, vbiuis locorum, nuſquam non eſt: dominatur, regnat, viget maximè, orbem terrarum eſt complexa, omniu in animos occupauit, ac tenet, in animos omnium irrepſit: infecti ſunt omnes auaritiæ labe: plus operæ in re quærenda, in opibus cõgerendis, indiuitiis colligendis, comparandis contrahendis ponitur, conſumitur, locatur, quàm deceat: auaritiæ vitio hodie fere nemo non laborat, propen ſi omnes fere ſunt ad auaritiam: ad ſummum peruenit auaritia: eò proceſsit, eo eſt auaritia progreſſa, quò maximè potuit, quò longius non datur, quo non licet vlterius.

No quiero auenturar, o poner en peligro

la

ſalud de mi patria.

Nolo ſummam Remp. ſalutem Reip. publicam rem in diſcrimen : indubiam fortunam adducere, deducere, non committam vt incertam fortunam, Reſpub. ſubeat, vt pericliteter Reip. ſalus, vt in dubium vocetur, in periculum, in deſcrimem veniat,

No he meneſter vueſtros conſejos. auer meneſter.

Non egeo, non indigeo tuis præceptis, ad monitionibus, Conſilijs ſuperuacanea ſunt, parum vtilia nullius emolumenti, minime neceſſaria, locum apud me non habit, â me non requiruntur, non deſiderantur: non expectantur tua præcepta: tuis mihi monitis nequaquã opus eſt, tuis carere monitis facilè poſſũ.

Donde meneſter fuere yo os ayudare.

Adero tibi, præſtocro, opem feram, cum reſpoſtulabit, vbi opus erit, vbi tempus feret, ſi rerum tuarum ratio poſcet, ſi ocaſio requiret, vbi erit ẽre tua ſi pertinere ad te videro, ſi tua referre intelligam.

Auiſadme de vueſtras coſas. auiſar.

Fac me certiorem, redde certiorem de toto ſtatu tuo, & de omnibus conſilijs ſignifica mihi, expone, aperi. explica, perſpiquê demonſtra, qui ſit rerũ tuarũ omniũ ſtatus, qui tuus animus, qui ſenſus, quæ conſilia ſint: fac vt de tuis rebus, tuiſq; conſilijs cognoſcam, intelligam, certior fiam, ex tuis literis erudiar, inſtruar: imaginem rerum omnium, cogitationumque tuarum literis oſtende.

Mucho acrecento Pompeyo el imperio Romano. aumẽtar

Valde Pompeius auxit, amplificauit imperium R. protulit, produxit protendit imperii R. terminus multum addidit, adiunxit: ad imperium R. multas regiones in populi R. potestatem redexit, populo R subexit: ad populi R. ditionem adiūxit, magna per Pompeium ad imperii Romani vires, ad opes populi Romani accessio facta est.

Vuestro orgullo y soberuia, dela hazienda que teneys sale, no de las virtudes.

Altiuo y sober

Tuæ te efferunt diuitiæ, non tuæ propriæ virtutes insolentia tua, arrogantia, superbia non ex animi, non ex ingenij tui præstantia, sed ex opibus tuis manat: istam insolētiam, et ationem animi, spiritus immoderatus in te parit non nulla tua singularis, aut præcipua facultas, meritorumue conscientia, sed copiæ, diuitiæ, opes, res domestica plus æquo maior cōmodorum abundantia: animos tibi facit, tollit te ad istam animi intemperantiam res familiaris, non vlla tua propria bona, non artis honestæ scietia, aut virtutis vlla possessio.

Muy soberuio estays.

Nimium tibi places: plus tibi assumis, quam deceat, quàm liceat, cōueniat, æquum sit, o porteat, ratio ferat, patiatur: concedat: nimium te effers, arrogas tibi plus, quàm licet, altius, quàm oporteat, ipse te extollis: ita superbè agis, vt ferri non possis, superbia est prorsus non ferenda: parem tibi esse neminem vis: te cunctis antefers omnes despicis, te vero vnum suspicis: amas ipse te sine riuali: tibi

ipse

ipse magnus es, atque eximius omnia putas esse in te vno collocata: fortunam ipsam minus esse te ipso fortunatam putas: persuasum babes, tuis te fortu-nis ipsan fortunam anteire.

Muchas desdichas me acaescen cada dia, pero por mucho que me persiga la fortuna, no me hara couarde. Animoso.

Vehementer, acriter, acerbe, grauiter me opugnat, vexat, exagitat, vrget, præmit, aduersa mibi est, infesta est, infensa est, iniqua: inimica fortuna: ego tamen ad humana omnia, ad eos omnes casus qui humanæ vitæ impendent, quibus humana vita subiecta est, proposita est, exposita est, patet, fortis sum, contra fortunam paratus, armatus, firmus, validus, firmissimis conscientiæ præsidijs munitus: res humanas præclare contemno, negligo, despicio, asper nor: valet animus meus, firmus est, se ipso nititur, sua in se ipso præsidia ponit, ase ipso præsidium omne petit, aduersus fortunæ vim, impetum, conatus, iniurias, tela omnia: minimun res humanæ me mouet, afficiunt, perturbant: minimun laboro de rebus humanis: bus'q; deq; res humanas facio, humanis casibus animi præstantia, virtute, fortitudine resisto, fortuna conatibus obuiam eo, occurro, obijcio me, oppono me fortiter, atque acriter: fretus conscientia fortunam sperno: mea me contra fortunam consciētia fortem facit, confirmat, auget viribus, validiorē reddit, mibi animos addit: virtutem, vires, robur, fortitudinem firmitatem.

atribulado. Injustamente me maltratan.

Vexor, exagitor, iactor immerito meo: negotium ex bibetur immerenti: molestijs & iniurijs afficior sine caussa: cõmissum a me nõ est, vt hæc tan grauia sustinerem.

No aura alguno que se escape de tantos males.

Nulla est acerbitas, quæ non omnibus impendeat; immineat, quæ non omnes maneat: aduersa omnes omnia sustinebunt, pari omnes calamitate prementur, communis erit omnium, nõ propria cuiusquam, malorum tempestas, vis malorum, iniquitas fortunæ.

beneficio, o seruicio, o merced, Yo he hecho todo lo que he podido por el, sin aguardar que me lo agradeciesse.

Contuli quæ in illũ officia, beneficia, merita potui, licet remunerationem planè nullam expectarem: quantum in me fuit, quantum efficere & consequi potui, promeo studio, me à que industria complexus illum sum, affeci, ornaui auxi omnibus officiis, quamquam ab eo minimè parem gratiam expectarem, nullum officij genus, aut studij, nullam minorem, quæ vel ad vtilitatem illius, vel ad laudẽ spectaret, omisi, prætermisi, infectam reliqui: licet futurũ non sperarem, vt memorem & gratum experirer: omnia quæ quidem præstare mihi licuit, profecta in illum sunt: cũ tamen spe nulla niterer, spes me nulla teneret, futurum aliquando, parem

vt mihi gratiam referret, vt officia mea paribus cõpẽsaret officijs, remuneraretur officijs, æquaret officijs, vt nullũ grati animi signũ ostenderet, vt se me morem gratum què probaret vt nullum omnino studiorum, officiorum què meorum fructum ferrem: me am in illum voluntatem, & diligentiam, quando cunque res tulit, vbi tempus & ocasio postulauit, reprouaui, ostendi significaui, declaraui, patefeci, spe tamen adductus nulla gratiæ referẽdæ: bene meritus de illo sum, quam potui studiosissime quã quam illius erga me voluntati differerem, spem in illius voluntate minimam ponerem, pariter animatum in me fore non confiderem: licet fore non confiderem, vt paribus mihi responderet officijs.

Yo recebire en esto gran merced.

Hoc ego summi beneficij loco ponam, numerabo, inter magna beneficia referam: hoc apud me non exigui beneficij, nõ vulgaris gratiæ locum obtinebit: ita credam: tulisse me beneficiũ singulare, gratiam tamtam, quanta postest esse maxima.

Nunca me oluidare delas mercedes que me aueys hecho.

Tuam in me beneficia numquam obliuiscar, semper meminero; memoria tenebo, perpetua memoria tuebor, custodiam conseruabo: tua erga me merita nulla vnquã apud me delebit obliuio: nulla dies nulla temporis vetustas nõ, casus vllus, nõ fortuna magnitudinem tuorũ erga me meritorum imminuet, ex animo meo delebit, tollet, aufert, obliuione

delebit,obruet,obscurabit,extinguet,vigebit in me tuorum beneficiorum æterna,perpetua,nunquam interitura memoria:nullum apud me tuum beneficium inter moriturum existima:tuam in me singularem benignitatem,incredibilē liberalitatē semper in animo,semper in oculis habeo, perire apud me,aut euanescere,nunquam patiar:hærebunt mihi in animo,mente,memoria,fixa permanebunt,impressa in animo,ac mente potebunt, extabunt tua beneficia:vitæ pars,æqualis erit recordatio meritorum tuorum:qui mihi vitam dies ille ipse tuorum officiorum memoriam terminabit:finis mihi ac terminus & vitæ,& memoria begnitatis in me tuæ idem erit,futurus idem est:quàm amanter me tractaueris,quàm benignè mihi feceris,quàm studiosè in omnire commodaueris:quàm humaniter,ac beneficè mecum egeris:quibus officiis amicitiam nostram colueris,prosequutus sis,quibus me rebus auxeris,ornaueris,honestaueris,ipse mihi,at q̃ etiam aliis commemorabo,ita diu recordabor , quam diu mihi viuere contigerit.

Bien común.

El buen ciudadano mira por la republica.

Boni ciuis est,ad bonum ciuem pertinet,bonum ciuem decet,suam voluntatem ad publicam causam aggregare,accomodare,adiungere,conferre,cū publica causa coniungere,in omni sua voluntate , quid rationes publicæ ferant,quid Respub. postulet spectet,intueri , attendere : nihil vnquam velle

à publica re seiunctum, alienum, disiunctum se pa ratum, remotum; quod Reip. rationibus nō cō ducat expediat, vtile sit; quod Reip. commoda nō postulāt

Concluyamos.

En fin.

Por abreuiar.

En dos palabras. Breuedad.

Quid quæris? noli quærere: quid plura; quid pluribus? quid multa? quid multis? ne plura, ne pluribus, ne multa, ne multis, ne te multis morer, ne multis teneam: quid opus multis: vt in pauca multa cōferam: vt paucis concludam: vt rēpaucis cōplectar comprehendam, perstringam vt summatim exponam: vt breuitate vtar, vt satietatem longe orationis effugiam, ne longam orationem suscipiam.

Largo tiempo busco Ceres a su hija segun fingen los Poetas. buscar.

Vt Poetarum fabulæ narrant diu ac multum Proserpinam filiam, quam inferorum Deus Pluto surripuerat, Minerua perquisiuit, inuestigauit, multum studij posuit, valde vigilauit Minerua in filia perquirenda: omnia loca permeauit, perlustrauit, inuestigauit, penetrauit, quod nō diuit, nō acesßit filiam vt Minerua a reperiretallum Mineruaolocū, nullas in quærēda filialatebras omisit.

Oy poco caso haze la gēte de vn virtuoso.

Probitas, integritas, probati mores, vita illa quæcū virtute traducitur, à paucisbodie probatur, colitur

amatur: pauci sunt, qui probitate delectētur, proui tatē colāt, amēt, sequātur: parui est hodie probitas ē morū integritas: qui suum studiū in probitate ponant, pauci sunt, reperiūtur, numerantur, paucos inuenias:

Al que bien viue, gran galardon le esta aparejado.

Magna sunt recte agentibus proposita præmia omnes qui sese in recta viuēdi ratione exercēt, magna merces manet, fructum recte factorum viri boni vberrimum, ac præstantißimum ferent: præclaram honestamq; vitam res vtilißimæ consecuntur vitæ laudabiliter actæ cum virtute traductæ præmiū est decus & earū rerum copia, quas qui poßidet, optimè cum illo agi, existimatur.

La bondad sola es bastante a hazer dichoso al que la sigue.

Bene sentire, recteq; facere, satis est ad benèbeateq; viuendum, vnam qui colit probitatē ei de esse ad felicitatem nihil desiderat, nihil requirit: quicumq; rationem in vita sequitur, ei ad felicitatem amplam, maximèq; certa patet via: probitatem qui poßidet summum bonum, nihil ad felicitatē præterea requirit: boni mores, & honestæ rationes felicitatē pariūt, felicitas integritate comparatur, si qui in colenda probitate totus est, feliciter admodum, ac beatißimè cūllo agitur.

C

No hablare palabra desto por agora.

Non faciam, vt dicam: tacitum relinquam: tacitus prætermittam: tacitus pertrahsibo, tacebo, silebo; silentio inuoluam, silentio percurram: prorsus hoc omittam, abstinebo, oratione meanon attingam, verbum non faciam, sermonem hac de renullũ habebo.

Al rey Deiotaro yuan. caminar

Ibant, proficiscebantur, commeabant iter habebant ad Regem Deiotarum petebant, adibant Deiotarũ adibant ad Deiotarum, conferebant se, recipiebant, se ad Deiotarum: erat illorum iter Deiotarum versus, siue ad Deiotarum versus, vt veteres loquebantur: dixit enim Cœlius in Epist. ad Ciceronem: iter mihi retro a Alpes versus incidit.

Muy mal camino ay en inuierno de Padua a Vicenza. camino.

[illegible] hyeme difficilis est, incommoda, impedita, [illegible] laboris, & periculi ea via, quæ Patauio Vicentiam fert, ducit: qui se per hyemem in viã dant, vt Patauio profecti Vincentiam perueniant, molestiam itinere non mediocrem sustineat necesse, est, in multas incidant difficultates, multa subeant pericula, multos perpetiantur labores, incommoda, odiosa, dura minime paucæ: iter habentibus Patauio Vincentiam difficultates ocurrubt multæ viæ difficultas, & iniquitas impedimenta opponit maxima, impedimento vehementer est.

No os pongays en camino sino estays bueno.

Iter ne suscipias, ne te viæ committas, ne te in viam

des,ne aditer aggrediaris:ne vian ineas , itineris co nsilium abyce,ommite,dimitte,ni si recte vales, n eopt imvteris valetudine,nisi corpore benefirmo.

No te pongas en camino sino estas sano.

Ne te viæ, nisi confirmato corpore commitas

Malos caminos ay en inuierno.

Viæ sunt bieme difficiles,in commodæ, impediæt,abruptæ,iter habentibus odiosæ: nihil incommodius quâm hyeme iter habere:per:hyemem itinera sunt incommodi plena,interdum etiampericuli.

Malos passos ay enel monte Apennino.

In alpibus Apennini magnæ sunt,ad modumq difficiles locorum angustiæ: per Alpes Apennini iter habentibus magno sunt impedimento, difficultates,& angustiæ locorum,nihil incommodius,quã illas Apennini montis angustias pertrãsire, quam ex illis Apennini montis angustÿs, ac dificultatibus euadere:angusta loca per Apennini alpes euntibus crebro se obÿ ciunt impedimenta opponunt, dificilem ac laboriosam viam reddunt.

No entres en camino sino te sientes bueno.

Ne te viæ,nisi confirmato corpore, commitas nisi recte valeas,ne te in viam des: peregrinan di consilium nisi valetudine firma vtaris omitte.

Capitã. Excelente Capitan fue Cesar.

Dux Imperator,rector exercituum Cesar fuit

quo

quo prestantior haberi nemo possit: præfuit exercitibus Cesar eximia cum laude, ductor copiarũ fuit nemini secundus, copias duxit admirabili rerũ bellicarum scientia, gessit bella suo ductu ea vir tute, ac vigilantia nõ modo vt superiorẽ: sed nec omnino pare quemquam habuerit.

Toda la ciudad seguia a Pompeyo.

Vniuersa ciuitas ducem Pompeium sequebatur Pompeio regendam se dederat: ac Pompeij ductum applicauerant se: contulerant se, adiungerant se vires omnes ciuitatis.

Segun el rostro me muestra mal me quiere, — Cara o Rostro.

Quod ex facie, ex vultu, ex oculis, & frõte potuerint colligere, conijcere, intelligere, suspicari, vt potui de vultu, qui est index & imago animi, con iecturam facere, ex ea significatione quã mihi vultus dedit, vt mihi vultus significat, ostẽdit: vt signa quædã quæ animũ in vultu coarguunt, patefaciunt, exprimunt, mihi demonstrant male animatus in me, est: pessime de me sentit: inimice cogitat aduersus me, animo est mihi inimicissimo, admodum infenso.

Vale todo tan caro que por fuerça auemos de padescer. — Carestia

Ita cara est annona, ita grauis penuria, ea caritas, ea rerum omnium difficultas, eæ sunt angustiæ, ita carẽ veneunt, tanti pretij sunt, tanti sunt omnes res, vt incommodis multis affici, premi, la

borare vexari omnes cogantur, ex immoderata penuria, nimia caritate, annonæ dificultate existunt, oriuntur, gignuntur, quæ ferri vix possint incommoda multa.

Cartas. Vos me escreuis amorosas cartas.

Quas adme literas mittis, multo sunt officio refertæ, multis insignis amoris notis.

Claramente he conoscido en vuestra carta quanto me amays.

Omnis amor tuus ex omnibus se partibus ostendit in tuis literis.

No me dio vuestra carta a buen tiempo

Epistolam mihi non loco reddidit: reddendæ tempus epistolæ parum scitè obseruauit: tempus epistolæ reddendæ parum commodè capit.

Segun he entendido, mucho ha holgado con vuestra carta.

Tuæ literæ, quod facilè intellexerim, ei periucūdæ fuerunt summam voluptatem, lætitiam, gaudiū iucunditatem attulerunt, summa cum voluptate tuæ literæ affecerunt, extulerunt, perfuderunt.

Es tan importante este negocio, que no oso encomendar mi carta sino a persona muy conoscida.

Non eius generis meæ literæ sunt, vt eas audeam temerè committere.

Yo escreuire mas largo, en teniendo mas espacio,

Cum otii paullū nactus ero, vberiores a me

lite

literas expectato.

Pocas vezes me escreuis.

Infrequens es in officio scribendi, rares à te accipio literas, minus sæpe ad me scribis, calamo parcis, efficium literarum abs te requiro, in te desidero: impiger admodum in scribendo non es: crebriores à te literas postulo, non satis facis officio tuo crebritate literarum: crebrius vellem ad me scriberes.

Alegre casa tenia Ciceron. Casa.

Domo Cicero vtebatur cũm primis lauta & per elegante, habitabat Cicero lautißimè & iucundißime ex Ciceronis ædes erant, in quibus neque lautiam, neque elegantiam desiderares: erat in Ciceronis ædibus lautitiæ multũ atq; elegantiæ.

Differente trato es el de su casa à la mia

Genus rationum mearum dißimulationem habet cum illius administratione domestica non eadẽ in re domestica: tuenda, in administranda re familiari, in curanda domo, in gubernatione domestica v triusque ratio est.

Procuraua Milõ que Publio Clodio fue Castigar. sse castigado por justicia.

Milo pœnas a Clodio iudicio persequebatur id agebat Milo, vt pœnas a Clodio debitas iudicio exigeret.

Si castigays a este, espantareys à otros

Huius audaciam merita pœna si comprimitis cæterorum animos frangetis.

Conuiene castigar los mal hechores.

Animaduertendum est in homines nocentes, iusta est in homines improbos animaduersio: animaduersione vti aduersos improbos oportet: improbi afficiendi sunt pœna, vendicandi, puniendi, plectendi vlciscendi, castigandi, malè multandi: sumendum est de improbis supplicium: capere pœnas de improbis, æquum est luant improbi pœnas factis dignas: debitum supplicium nefarii homines persoluant, digna eorum factis animaduersione improbi plectantur, afficiantur.

Vos soys causa destos males.

Tu horum malorum causa, tu fons & origo: tu tantas malorum faces incendisti: tu horum malorũ initium attulisti, tu hæc mala peperisti, hæc mala excitasti, auctor horum malorum præter te nemo fuit: à te fluxerunt hæc mala, hæc incommoda, calamitates, acerbitates, infortunia damno, detrimenta pernicies, exitium, rerum euersio: horum malorum culpam sustines: horum in te malorum culpa conferenda est, omnia hæc tibi sunt adscribenda, asignãda has calamitates, vti tibi accepta referre debemus.

Causa. Causa ay de alegraros con tan buen hijo en tiempo tan dissoluto.

Est cur gaudeas, habes quod læteris, iustam latã di causam habes, lætari iure potes: si gratularis, iure facis, quòd moribus tam preditis filium habes tãta modestia preditum, quòd is tibi sit filius, qui continentiam in tanta cæterorum insolentia, tam

dissolutis moribus, tam immoderato luxu tueatur & colat.

Ciertamente qualquier que se dexa vencer de la yra, haze cosa que despues le pesa. Cierta mente.

Sanè, sane quàm, certè, certò, reuerâ, profectò, sine dubio, proculdubiò, absq; dubio, quidem, omnino planè, qui se iracundia pariter afferri, auferri, abripi, â ratione auocari, â consilio ab duci, is ea committit, quæ mox infecta velit esse, in eum locum adducitur, vnde exitus non facilè datur: eò progreditur, quò paulò post peruenisse pæniteat: certū est procerto est, exploratum, minimè dubium, nemini obscurum, omnibus apertum, patet, constat, perspicuum est, oculis, ac sensu ipso percipitur, vocari in dubium non potest, venire in dubium, ambigi, dubitari, nemini dubium esse potest, quin multa mala pariat iracundia ex iracūdia mala multa gignantur, erumpant fluant manent multorum malorum culpam sustineat iracundia, multorum malorum causa sit in ira cundiam conferenda.

Los Romanos hazian Ciudadano, no al mas rico, si no al mas virtuoso. ciudada no.

Non diuitiæ, sed virtus aditum patefaciebat ad ciuitatem Romanam: ciuitate Romana donabatur qui virtute, non qui diuitiis emineret: non opes, sed virtus ciuitatem Romanam dabat: patebat Romana ciuitas virtuti potiùs, quam diuitiis, ius Romanæ ciuitati consequebatur, dignus Romana ciuitate putabatur, recipiebatur in ciuitatem, ad ciuium

numerũ abſcribebetur ciuis locum obtinebad , referebatur inter ciues, adciſcebatur in ciuitatem, particeps ciuitatis ciuiliumque munerum fiebat, impertiebatur ciuitate, perueniebat in ciuitatem, ei ciuitas communicabatur, non qui opibus abũdaret, affiueret, valeret, ſed qui virtute polleret excelleret, præſtaret, non inſtructis, ac bene paratis â re domeſtica ſed virtute præditis hominibus facilis erat, expeditus, minimè dubius ad Romanam ciuitatẽ curſus via patebat, nullo negotio aperiebatur iura munerâ que omnia ciuitatis Romanæ, præmium Romana ciuitas erat.

Procurad de ſer buen Ciudadano.

Da operam, enitere, vt bonũm ciuem agas, bonũ ciuen te præbeas, præſtes: vt boni ciuis partes tuea re, ſuſtineas, agas, exequare: vt boni ciuis efficio ſatis facias, vt ea præſtes, quæ bonum ciuem decent, quæ expectantur ab eo, qui boni ciuis nomen aucupatur noli committere, caue ne boni ciuis in officio reprehendaris, ne boni ciuis officiũ prætermittas, ne quid a te fiat ne quid committatur bono ciue minus dignũ indecorum bono ciui, ne ciuis eius, qui ciuitate dignus haberi velit, partes in te requirantur, officium in te deſideretur, obeunda tibi ſunt, præſtanda ſunt non indiligenter, aut languide munera boni ciuis

Comedimiento. No lo hazeys por intereſſe, ſino por vueſtra buena, inclinacion.

Agis hoc non præmii ſpe commotus, ſed humanitate adductus, benignitate impulſus, ſtudia

dio liberalitatis incitatus:non de te ad hanc rem vti litatis,aut præmii spes, sed humanitas , benignitas naturæ facilitas,naturæ tuæ ad humanitatem,beni gnitatem propensio,adduxit,impulit,incitauit , de disti hoc humanitati tuæ,nō præmiis,agnosco tuam humani tatē,debet hoc humanitati tuæ,aceptum re ferri fructus hic est humanitatis tuæ,

No aueys hecho mas de començar, o principiar. Començar.

Opus non modo non perfectum,confectum, absolutum,ad vnguem factum sed inchoatum ac rude reliquisti,tantum abest à perfectione operis,vt principia vix apareant , tantū abest vt opus ad finem perduxeris,vt minimum vltra principia processeris vt in ipsis pene principiis cōstiteris,hæseris,vix opus instituisti,vix aggressus es:operis initium fecisti à fine autem longe distas,rem tu quidem habes institutan,sed per politio requiritur,instituta res est, non per polita,operis tu quidem fundamenta iecisti fastigium ad huc tamen nullū videmus , nullum extat.

No soy comedor. Comer.

Non multi cibi sum : minime sum edax,tenui ci bo vtor.

Muchos moços mueren por mucho comer.

Cr uditas multos conficit adolescentes.

Dios te guarde de vellaca compañia Cōpañia

Non est cum improbis hominibus iungenda socie-

tas,coire nos societatem,coire in societatem, inire societatem cum perditis hominibus, dare se in societatem perditorum,conferre se,adiungere se,applicare se ad homines perditos,coniungere se,vinculo se societatis abstringere cum perditis hominibus, vtilitatis vel maxima spe proposita,vel si spes vtilitatis maxima ostendatur,non decet,turpe est,minimè debemus:qui se socium ad perditos homines adiungit, cum perditis hominibus coit,perditos sequitur, comitē se præbet improbis.facit turpiter, cōtra quàm decet,minimè laudabiliter.

Yo te acompañare a donde quisieres.

Assiduum,perpetuum,vsque dum volueris,quo ad volueris comitem me habebis, me tibi comitem præbebo,hærebo; tibi vsque affixus ero, dum tua voluntas feret:numquam à te, numquam a tuo latere,nisi te volente,lubente,concedente,permittente discedam:nulla me res,nisi tua voluntas, auellet abs te,amouebit,se iunget,disiunget,abiunget.

Complexion. Ciceron era de complexion flaca y debil quando moço.

Cicero in adolescentiā sua, cum,adolecēns esset, cùm adolescentiæ nondum annos excessisset, egressus esset: valetudine erat,valetudine vtebatur infirma,parum firma,minimè firma, haud satis firma,nequaquam firma,paullò infirmiore, imbecilla non optima,non robusta,satis offecta,satis ad morbos propensa:non rectè se habebat Cicero in adolescentia,non omnino valebat minus belle habebat, se habe-

habebat, non optimè valebat, valetudine erat infirmior, viribus parum firmis, corpore non satis firmo vtebatur valetudinis, firmitudinis, firmitatis, virium: roboris adolescenti Ciceroni minus erat, quàm satis esset parum validæ vires erãt, infirmior erat imbecillior, tenui, incommoda, vitiosa valetudine, parum validus erat, infirmè valebat, valetudine erat imbecilior, valetudinis vitio laborabat, valetudinarius erat Cicero.

Si no estudiays tanto, biuireys mas sano. *Si modum studijs impones, facies, statues, si tibi moderaberis in studijs, si studia moderabere, si tibi parces in studijs, valetudine melior fies, valetudinē confirmabis, conualecens quotidie magis, firmior, ac valior fies: bonæ valetudinis, firmitatis, virium, roboris quotidie plus assequeris, ad perfectam valetudinem quotidie propius accedes.*

Las obras de Varron, mas eran aceptas por la gran doctrina, que no por el elegante estilo. cõponer o cõposicion.

Scripta Varronis ex doctrina potius, quàm eloquentia: magis ob doctrinam, quàm eloquentiam, rerum causa, non verborũ, probabantur ab omnibus, libros Varronis, ea quæ Varro chartis mandabat, literis commitebat, componebat, scribebat, literis persequebatur, literis explicabat, literarum monumentis tradebat, prodebat: mandabat, committebat, commendabat monumentis, & literis mandabat, ea probabant omnes, rerũ fructu potius, quàm specie

ſpecie verborum at ducti.

Gentil eſtilo y methodo tuuieron los an tiguos en enſeñarnos la virtud.

Ita veteres de virtute ſcripſerunt, vt in libris eorum ſingularis eniteat, eluceat, emineat, excellat induſtria, præclara ſunt a veteribus ad bene viuendum ſcripta, de virtutis præſtantia tradita prodita, memoriæ mandata, monumentis conſignata literarũ ſcriptis explicata, conſignata chartis, tradita, literis prodita, literis mandata, conſignata, commendata, cõprehenſa, expreſſa, explicata.

Muy bien componeys: buen eſtilo tenays.

Scribis egregiè, ſcirbendi laude excellis, ſubtiliter & eleganter ſcribis, ita ſcribis, ita verſaris in ſcribendo, ita te in optima ſcribendi ratione exerces tua vt excellat induſtria, ſcribis vt pauci, propriam quandam laudem in ſcribendo conſequeris præclara ſunt quæ ingenio ſtudio que paris, quæ tua parit induſtria mirabiles ſunt, minime vulgares ingenij, & induſtriæ tuæ fructus.

Date a eſcreuir hiſtoria para que pongas en memoria mis coſas.

Velim a te noſtrorum temporum conſilia, atq́ euentus literis mandari, res noſtras monumentis cõmendari tuis, noſtrum nomen tullis illuſtrari, & celebrari ſcriptis, tuis ornari ſcriptis valde velim: gloriæ ſempiternæ commendari per te cupio.

ſiem

Siempre sacas a luz cosas que te dan fama.

Semper aliquidex te promis,quod alios delectet, te ipsum laudibus illustret,

Dessea mucho componer libros donde queden tus cosas en memoria.

Satisfacere immortalitati laudum tuarummirabili ter cupit.

Segun he podido comprehender holga do ha con tus cartas, Comprehender.

Literæ tuæ,quod facile cognouerim, intellexerim,senserim,coniecerim,iudicauerim: quod facile nosse,intelligere,sentire conijcere,coniectura consequi licuerit,potuerim:ei periucundæ fuerunt, sum man ei iucunditatem attulerunt,pepererum:magna illum iucunditate affecerunt,perfuderunt

Este monte es vuestro y mio. Comun.

Hic tibi mecum,hic inter nos communis est mõs diuisus aquarum diuortijs:particeps vtèrque nostrũ huiusce montis est:mons hic pertinet ad vtrunq; nostrũ,iuris vtriusq; nostrũ est:ius habemus vterq; in hoc mõte,æqua vtriq; nostrũ huius mõtis possessio est

Mucho me fatiga vuestra enferme- dad. Cõgoxa y fatiga.

Tuus me morbus valde solicitat,solicitum habet graui afficit solicitudine,grauiter angit:afficit affligit,acerbe vexat,molestissimus mihi tuus morbus est, valde grauis, vehementer ac cerbus, amanus in primis;summæ molestiæ:solicitudinis,acerbitatis curæ

curæ doloris,angoris:summam ex tuo morbo molestiam capio,suscipio,traho,haurio,sumo , tuus me morbus in magnam solicitudinem adducit grauiter,commonet,maximè perturbat.

Dios loado,ya soy fuera de congoxa.

Quod Deo sit gratia,vacuus molestiis nunc quidem sum,sine molestia,cura,solicitudine,procul ab sum à molestiis,extra molestiam sum tranquille satis ago:Dei benignitate factum est,contigit,vt nūc quidem omni molestia vacem,nullis angar curis, nulla vexer solicitudine,nulla meum animū paullo molestior,grauior,acerbior,exagitet,vexet, perturbet,commoueat,afficiat cogitatio,fruitur animus meus tranquillitati , bene est , tranquille est commode est,quies est,pax est,tranquillitas est animo meo animo sum ab omni molestia soluto,vacuo libero, longe seiuncto Dei me benignitas omni molestia exemit,liberauit,ab omni molestia vindicauit,eripuit,disiunxit.

Conoscer. Yo se muy bien quien es,y le conosco.

Valde bene hominem noui probè noui præclarè, perfectè,planè,penitus.sensus eius egregiè teneo, habeo illum omnino cognitum,neque ipseme,neque status eius vlla ex parte latet,præterit,fugit , qui sit,quo animo,quo sensu,quo ingenio præditus,optimè noui.

Cōsciēcia. Yo se bien como os he amado.

Quo fuerim semper in te animo,quimeus fuerit erga te animus:quo sensu in te fuerim , quo modo ani-

animatus,testis mihi ipsi sum,teste vti me ipso possum,testem habeo conscientiã meã,teste licet vti conci entia mea,conscius ipse mihi sum,

Esto me paresce que conuiene a vuestra honrra. Cõsejar.

Hoc tibi consilii do tua de laude si laboras, tua si tibi laus curæ est,cordi est:te hortor, ad hortor, cohortor,suadeo auctor tibi sunt,hoc est meũ consiliũ mei cõsili hoc est,mea hæt est sententia, opinio,meus sensus,meum iudicium,ita censeo,ita mihi videtur placet,probatur:si me audies,hoc facies. si meũ cõsiliũ sequeris.mea tibi sentẽtia si probatur,me approbante facies,de mea sentẽtia,meo cõsilio,meo suasu,me auctore,si me putas quid quam sapere,nõ esse prorsus insipientẽ,aliquid videre: si meum consilium habet aliquid apud te ponderis, hoc facies,ages,aggredieris,suscipies,faciendum tibi indicabis:

Cosa es de sabios,en sus fatigas tomar el consejo de sus amigos. Cõsejarse.

Sapientis est,incertis in rebus,dubijs,ambiguis, obscuris,in contrauersia positis,in aliqua difficultate constitutis,in ancipiti rerum statu,amicos consulere,in consilium adhibere,ad amicos referre, ad consilium amicorum confugere,amicorum consilio vti sententiam ex quirere,adire ad amicos consiliũ causa,petere cõsilium ab amicis velle cognoscere quid amicis videatur,quid amici sentiant,quis sit amicorũ sensus,quæ sententia,quid habeãt opinionis

nis, probent, censeant, indicent, faciendum existi ment.

Pocas vezes sale al reues lo que los viejos aconsejan.

Consejo *Senum consilia non sæpe inutilia sunt: inania, stulta, absurda: raro labitur senilis ætas inconsiliis, sapienter fere consulit senilis ætas. optimis, ac firmi ssimis rationibus fere semper nititur senilis opinio, sententia. sapienter consulunt senes, optimam partem eligunt, non peccant in consilio non errant, non labũtur, non offendunt; quorum grandior est ætas, qui lõgius ætate processerunt, is eorum solet esse sensus, qui a ratione non discedat, recedat, procul absit. qui cum ratione congruat, quam ratio confirmet a quo ratio non dissentiat,*

El negocio se hizo a voto de todos.

consentimiento. *Communi consensu, consensione omnium, omniũ iudicio, approbatione, sententia, consentientibus. cunctis hominibus approbantibus, nemine prorsus dissẽtiente, nulla cuiusquam discrepante sententia: acta res est. gesta, administrata: in ea geregenda omnes cẽserunt, consensus omnium par & idem fuit, omnes omnium sententiæ cõuenerunt, nemo dissensit. sentẽtiarum varietas nulla fuit dissimilitudo volunta- tum, aunt opinionum nulla prorsus extitit, sensu diuerso nemo fuit, omnes omnium voluntates, opinio- nes, sententiæ, iudicia congruerunt.*

Cõsentir Seguire vuestro parecer.



Assen

Assentiar tibi,probabo tuum consilium,meam sententiam ad tuam aggregabo, meum iudicium cum tuo conjungam ita sententiam quod tu sentis,ita faciendum iudicabo,si modò,id tu facias,suadet:censet auctor est, consuluit pater tuus, assentiar tibi, assentiente patre tuo, si facis approbante patre, si tuo cũm indicio patris tui iudicium congruit,si de patris sententiã facis si pater non dissentit si ad tuam sententiat pater accedit.

Contentome en conseruar lo que mi padre me dexo. Conseruar.

Rem mihi a parente traditam seruare,conseruare:custodire,tueri incolumen tueri,non imminuere, satis est nullan patrimonij partem imminuere,nullam adimere,nihil de patrimonio de trahere: patrimonium in eodem statu retinere satis habeo, contentus patrimonio sunt:de augendo patrimonio nihil laboro cogito,curo solicitus sum,anxius sum, curam nullam suscipio nulla me tenet, nulla solicitat nulla . exercet cura.

Pierdasse mi hazienda,y guarde yo mi honra.

Sit modò dignitas incolumis, adimi de fortuna non recuso,liceat modò dignitatem tueri , incolumen seruare,permaneat dignitas in eodẽ statu modò ne cogar de statu meæ dignitatis de mi grare, sit eadem dignitas,nemutetur,ne deminuatur,ne lædatur,nequa iniuria,damno,detrimento , afficiatur,

nec

nec quid iacturæ faciat, ne quam iacturam subeat sustincat, ferat, patiatur, ne damni quid faciat, ne de dignitate detrahatur; admidatur, imminuatur

Cõsolar No ay cosa que aliuie mi pena.

Nihil est quod solatium, consolationem præbere, afferre, parere, solatio esse, consolationi esse mihi posit, nulla res est, quæ recreare, reficere; leuare; vendicari à dolere, liberare solicitudine; eximere dolere, abducere à cura, auocare à molestia, abstrahere, auellere à mærore animum meum posit: afflictum à mærore animun languentem, iacentem erigere, excitare, confirmare, nulla iam consolatio potest: affectum dolore animũ nulla ratio sanare queat: loborãti animo, ægrotanti, pæsimè affectõ mederi satis nulla ratio valeat, parum apta remedia reperientur, inutilis, in firma, inanis super uacanea prorsus omnis medicina est: quis iam homo, animo meo virtutẽ, dolore ereptam, restituere posit? quis ea sanare vulnera, iis vulneribus mederi, medicinã afferre, remedium inuenire, quæ mihi fortuna intulit, imposuit, inflixit? ita dolore obruor, vt emergere nulla ratione posim, ita malis opprimor, prorsus vt respirare non liceat, respuit iam animus meus quasi desperata salute, omnem medicinam, remedia cuncta, omnia consolationum genera: frustra in me consolando ponitur opera; inanem operam sumit qui ad me consolandũ aggreditur: insitus, infixus in animo dolor ita penitus est, vt euclli nulla ratio ne posit, vt nulla vis rationum posit esse tanta

quæ illum, ne die quidem adiuuante, poßit euellere extrahere, educere, eripere: finem facere, dolori meo finẽ imponere, modũ statuere, terminũ statuere, dolorẽ moderari, neque homo es, neque res vlla, quæ poßit nõ est vt poßim in dolore mihi tẽperare, dolore abstinere, dolorem sedare, abiicere: ipse me ad eam hilaritatem, eam iucunditatem, quam dolor ademit, reuocare, referre me ad pristinam animi æquitatem, in eum statum, vnde me dolor eiecit, det urbauit, depulit, detrusit, restituere.

Esto os quitara la tristeza.

Hæc te non mediocriter cogitatio confirmabit, hæc si tibi proponas, aput animum tuum propones, animo agitabis, animo spectabis, leuabis tuũ luctũ, leuabis te luctu ægritudine, solicitudine, cura: sanabis vulnus doloris tui: ipse te lenies.

El dolor me consume. Consu-mirse.

Dolore contabesco, consumor, conficior, perimor, exanimor, me dolor interimit, perdit: mihi dolor vitæ finem facit.

Nescia mente gastas tu patrimonio.

Rem consumis, perdis, disperdis, male perdis, dissipas in res inutiles, inanes, leueserog[illegible]s, partam, quæsitam, comparatam, congestam, summis laboribus maiorum tuorum, quam maiorum tuorum summa collegit industria:

Quanto mas pondero la inconstancia dela fortuna, tanto mas menosprecio las riquezas.

Conside rar. *Quò diligentiùs, studiosius, accuratiùs, cogito attendo, animaduerto, meditor, mente animòq; considero, in animo voluo, mecū ipse perpendo, examino, pondero varietatem, instabilitatem, leuitatem, inconstantiam fortunæ, euenta varia, varios rerum euentus, qui à fortuna pendent: quò magis ad fortunæ varietatem expecto: animū intendo, intueor, meas cogitationes conuerto, eò longiùs à cupiditate diuitiarum animum abduco, remoueo, aufero.*

Contar, Si passays bien la cuenta entendereys biē lo que aueys perdido.

Si putaueris, supputaueris, duxeris, subduxeris rationes tuas: si subductis rationibus, summam facies rerum tuarum, summam colliges, perstringes conficies, in vnum coges, rei tuæ familiaris iacturā deprehendes, aperies damna rerum tuarū, detrimēta patefacies, intelliges, senties.

A mi cuenta, el dia mismo dela batalla partieron las naues.

Vt rationem ineo, ratione colligo, ex ratione coniicio; vt mea ratio est, vt mihi ostendit ratio, vt mihi ex ratione liquet, liquidò patet, facilè constat, quo die prælium commissum est, eodem naues profectæ sunt.

Yo me contento de mi estado.

Contentarse. *Contentus sum rerum mearum statu: sufficit, satis est, abundè est, quod habeo: acquiesco rebus*

meis

meis maiora non appeto,continet se intra fines hos animus meus,non prolabitur,non excurrit, non se longius effert, non se tollit altiũs,plus à fortuna nõ postulo.

Holgare mucho con vuestra salud.

Tua mihi valetudo magnæ voluptati erit, afficiet me voluptate,afferet mihi voluptatem, lætitiã pariet gaudium,iucunditatem,oblectationem,hilaritatem voluptatem capiam,suscipiam,percipiam, sumam ,colligam,hauriam ex tua valetudine,corpore tuo confirmato.

Todos quedarañ contentos. Cõtentar a todos.

Omnibus aprobantibus hoc facies,nemini non satisfeceris,hoc tuum factum nemo reprehẽdet, nemo nõ probabit,nemo erit qui nõ probet, hoc tuo facto lætabuntur omnes.

No has de contender o competir cõ mas esforçado que tu. Cõtienda.

Contendere,certare,pugnari,altercari cum valentioribus non debemus,aduersus valentiores, firmiores,robustiores,paratiores,à viribus suscipienda cõtentio non est,

Sobre esto riñeron hasta la noche.

Hæc vsque ad noctem ducta cõtrouersia est,lis, cõtentio,pugna,altercatio.

Si esta guerra dura,destruyda quedara Italia. Continuar.

Hac si bella durabunt,permanebunt,perpetua diuturna fixa erunt,quo cœpere cursu procedent,

& longiûs producētur, nō cōsistent: nisi belli finis im ponatur, fiat, afferatur: nisi bella finiantur, terminē tur, ad exitum perducantur, perijt vniuersa Italia desperata omnis Italiæ salus est, actum est de salute Italiæ. suam salutem Italia desiderabit.

No estas firme en tu parescer.

Non permanes in eadem sententia, non persistis, non perseueras, non pergis: tuam sententiam non retines, non tueris, non seruas: tibi non constas, discedis a sententia, labas in sententia, eadem non est, fixa non est, infirma est tua sententia: mutas sententiam: consilium, opinionem: discedis â sententia, consilio, sensus tuus non idem est, alius nunc est, immutatus est:

Contrario.

Mucho me persigues.

Nimiûm grauiter nos opugnas, aduersus nos pugnas, nobiscum pugnas, nobis aduersaris, nimium te acerbum habemus, nimium nobis infensus es: quid quid habes virium, contra nos cōfers: irruis impetu quâm potes maximo, facis maximum impetum contra nos, aduersaris infensus nimis, infestus grauis, acer, vehemens, sæuus, propensus nimis ad exitium nostrum, nostrum sanguinem nimis auidè sitiens, totus incumbēs ad perniciem nostram: contra nos in nos, aduersus nos iniquê nimis agis, mouesomnes machinas, omnia moliris, nihil non tentas.

Esto es contra vuestra honra.

Hæc honori tuo, tuæ dignitati, tuæ laudi aduersantur, aduersa sunt nocent, officiunt, labem in

ferunt,maculas iniiciunt,tenebras offundunt, damno sunt,detrimento sunt,iacturam afferunt,de honore tuo detrahunt,adimunt,auferunt,lædunt honorem tuum,imminunt,turpi labe inficiunt , quasi tenebris circumiectis,circumfusis , offusis obscurant.

No puedo acabar de cobrar salud. Conualecer.

Nondum vires colligere potui,nondum satis firmo sum corpore,nondum pristina mihi restituta valetudo est,cõfirmatus â morbo nõdum omnino sum, nondum pla è conualui,quas morbus mihi vires ademit,abstulit,eripuit,nondum prorsus recuperaui,recæpi,reuocaui,pristinam valetudinem nondum satis mihi videor assecutus.valetudine nondum vtor planè commoda:paullo adhuc deteriùs, aliquãto deterius quã ,solebam valeo:non vt solebã valeo,minùs,firmiter,minus belle,nondũ vtor pristina valetudine: pristinas vires quadã ex parte desidero.

Mala condicion tiene la gente de oy,no quiero dezir mas. Carcomoso,o mal acõdicionado.

Suma est ominum peruersitas,grauiori enim verbo vti nom libet,peruersi sunt hominum mores ,duri nimis ac difficiles,ingenio sunt homines peruerso difficili,duro,â ratione aduerso.

Pesado soys a todos.

Nimium acerbus,exnimium inconsuetudinedifficilis,durus,asper:tua cõsuetudo difficilior est : abest consuetudo tua ob omni suauitate:non est consuetudo tua , quæ propter suauitatem expetatur:

minime iucũda est, amara potiũs, atq̃ odiosa tua con suetudo, quis naturæ tuæ peruersitatem inconsuetu dine ferat? quis te poßit vti homine omnium diffici llimo, seuerißimo, asperrimo, quisã tu consuetudinẽ expetat, carẽtem omni suauitati, nulla re iucundã? asperitatis, ac peruersitatis tãtum habet natura tua quantum in consuetudine ferri vix poßit, vel potius planè non posit, vsus tibi nullo cum homine diutur nus intercedet, ita difficilis ac durus es, iis moribus eo præditus ingenio,

Cesar allende delas otras virtudes, tuuo esta de humanidad y cortesia.

Cortes. *Cæsar, præter multas, quibus floruit, virtutes, vt virtutes, quibus enituit, quæ in illo viguerunt mul tas omnittam: ea fuit humanitate, eius humanita- tis, ea præditus humanitate, vt nihil supra poßet, vt nemo cum illo conferendus, comparandus, æquan dus, nemo illi par fuisse videatur: liberalitate Cæ- sar excelluit, omnibus antecelluit, præstitit, omnes vicit, nihil Cæsare humanius, humanitatem Cæsar ita coluit, vt nemo magis, nemo illo fuit ad humani tatem propensior, proprio quodam naturæ munere factus ad liberalitatẽ videbatur, singularem in exer cenda liberalitate, & præcipua quadam laude dignũ iurẽ Cæsarem dixeris, laudẽ liberalitatis præter cæ teros Cæsar tulit, laus liberalitatis vni maxime Cæ sari debetur.*

Assi se vsa que nos defendamos.

Mos hic omnium est, consuetudo est, institutum est.

est,moris est, consuetudinis, instituti, mos obtinuit,inualuit: ita fert omnium consuetudo, mos communis,nemo non ita consueuit, omnibus est a natura tributum,ita natura comparatum est,ita cõparatum est,habẽt hoc omnes a natura:ita facti:ita instituti natura omnes sumus vt vim vi repellamus,vt ab iniuria nos tueamur.

Marauillome como aueys mudado de cõdicion. Costumbres.

Mirari satis non possum,cura tua consuetudine tam longè discesseris,tam valde discieueris:te remoueris,te abduxeris,cur alius plane factus sis,cur à te ipso discesseris,cur te tui tam dissimilem præbeas,cur te tui similem nom præstes:cur qui adhuc fuisti,eum te non præstes,non præbeas.

Muchos que son viciosos enla juuentud,vienen despues a enmendarse.

Perditis in adolescentia moribus multi sunt, qui de inde meliorem adepti mentem, meliorem ad mentem,ac sententiam reuocati,respicientes,honestius vitam instituunt,honestioris vitæ initium ordiuntur,laudabiliorem vitam exordiuntur,multorum est,impuris moribus, improbis,in honestis,turpissimis,inquinata adolescentia,cõtaminata,infecta viuunt multi turpiter in adolescentia studẽt vitiis turpem vitam colunt,in honeste vitam traducunt pecudum more vitam transigunt, procliues ad

vitia sunt, turpi voluntate capiuntur, culpam faci te committunt.

Creer. Tengo por cierto que sera como yo lo he pronosticado.

Opi mor, arbitror, puto, autumo, existimo, iudico, censeo, duco, ita mihi persuasi, in animun induxi, pro certo habeo, exploratum habeo, minimè dubito, plane credo, pror sus, omnino penitus, certo, pro certo, minime dubitanter, exitum fore, qualem sum a uguratus, qui augurio meo respondeat, quã prædixi

Creyble Paresce cosa de creer.

Rationi cõnsentaneum est cum ratione consen tit: consentaneum est, simile veri, credibile, non ali enum à ratione, cum ratione congruens: ratio postu lat vt credatur: est cur credatur, verum putetur. ve ri similutudinem, speciem, formam, imaginem præ se fert, ostendit: non discrepat, non dissentit, non procul abest à ratione.

Crescer. Qualquier cosa que cresce, de necesidad por tiempo disminuye.

Quid quid augetur, crescit, maius, at que am plius fit, amplificatur, quam cunque ad rem fit acce ssio, aliquid accedit, acrescit eandẽ minui, imminui, diminui, comminui necesse est, atenuari, extenuari, iacturam pati, de ea detrahi, diminui, adimi, auferri.

Mas crecieran las riñas, si el Senado no pusiera remedio.

Lon-

Longiùs etiam ciuilis discordia manasset, processisset, progressa esset grauior esse facta, nisi Senatus eam cōpressisset, repressisset, retudisset, et ocurrisset obuiam iuisset, impedimenta obiecisset, impedimento fuisset,

Quanto mas te persiguieren tus contrarios, tanto mas se aumentara tu honrra.

Illustrabit amplitudinem tuam inimicorum iniuria, quò magis obscurare, at que extinguere tuā dignitatem iniqui tui conabuntur; eô plus ad eam splēdoris accedet, eô clariùs elucebit, eô patebit illustrius eô fiet clarior, atque illustrior.

Sin culpa me reprehendeys Culpa.

Accusas me innocentem, immerentem, insontem nullo meo merito, immerito meo, iniuria, in iustê, iniquê, contra quàmius est, contra quam meritus sum, contra ius, & æquum, absque mea culpa: hæc in me sine causſa confertur culpa mihi ad scribenda, asignāda, atribuenda, causa non est: culpa vaco, culpa careo, longe absum a culpa, procul abest à me culpa, remotus a culpa sunt, culpæ sum expers, extra culpā sum non hæret in me culpa, culpam non sustineo, affinis culpæ non sum, culpæ mihi nō sum conscius, inculpa non sum, commissum ame nihil est, quare vi dear accusandus, non erraui, non peccaui, non deliqui, lapsus non sum, nullam inculpam incidi, nullā commisi culpam, nihil commisi, admisi, perpetraui, nullo me scelere adstrinxi, obstrinxi, maculaui, inquinaui,

Cumplir su palabra. Cumplire lo que he prometido.

Dabo operam: quod pollicitus sum, vt præstem, exitu præstem, exequar, efficiam, re confirmem, vt præstem fidem meam, soluam fidem, tuear, seruem, probem, vt promissa seruem, obseruem, tuear, præstē præmissis, ne desim, ne fides in promissis mea deside retur, vt fidei satisfatiam, ne de fide mea parum vi deatur laborare, vt à meis verbis, ab affirmatione mea, a promisso exitus rei ne dissentiat, vt verba res confirmet, vt id, quod dixi, veritas probet, vt stem promissis, a promissis ne discedam.

Pesame que hombre tan cumplido, sea tã injustamente maltratado.

Cumplido. *Virum excellentem, præstantem, omnibus, vt aiunt, numeris absolutum, omni laude insignem, participem omnium virtutum, cui nihil deest, in quo nihil desideres, quem esse virum singularem dicas,*

De Votion D V. Pleito

Si mi voto os es dañoso, alomenos aprouecha a la Republica.

Dañar. *Sententiæ meæ si minus è re tua sunt. Reip. ratio nibus conducunt.*

Mucho mal causo a Roma la election de los tribunos.

Daño. *Multa mala, damna, detrimenta, incommoda, in fortunia, vrbi Romæ peperit, attulit, intulit, inuexit tribunorum procreatio: damna tulit, pertulit, sustinuit, passa est, perpessa est, cæpit, acepit, damnis affecta*

affecta est,in damna incidit,incurrit, magnam sui iacturam fecit,grauissimis afflicta malis est, vehemẽter vexata,valde comminuta vrbs Roma ex creatione,obcreationem tribunorum.

Mucho perdieron las letras el dia que murio Aldo Manutio.

Multum iacturæ tulerunt,graue detrimentum cæperunt,damnum adierunt,subierunt,præclara literarum studia ex morte,obitu,interitu Aldi Manutii,graue vulnus optimis literis inflixit obitus, Aldi:Manutii:ictu graue perculsæ sunt,ac pene po stratæ liberales disciplinæ,quo die Aldus Manuti us occidit,interiit,extinctus est,periit, obiit, diem obiit.oppetiit,mortem oppetiit,decessit a vita discessit, e vita exiit,e vita excessit vitam cum morte cõmutauit, morte sublatus est, morte nobis exceptus.

Huelgome de auer conoſcido a tan poca coſta mia,quam leal amigo me ſoys.

Lætor:quod mercede non ita magna leui detrimento,non admodum graui damno,satis exiguo iactura,quo modo sis erga me animatus, quo erga me animo sis,quo sensu sis,qui tuus in me animus, qui sit sensus intellexi:tuum in me animum: tuum sensum intellexi,perspexi.cognoui,aperui patefeci.

La guerra nos a deſtruydo.

Summis difficultatibus regionem, vniuersam bellum affecit:magnæ calamitates ex bello,belli caussa,propter bellum,acciderunt,euenerũt, obenuerũt

Dañar por eſtoruar o impedir.

contin

contigerunt, obtigeruut, illatæ sunt, oblatæ sunt, vniuersæ regioni, vniuersam regionem in multas difficultates bellum coniecit, impulit, exitiosum, perniciosum, calamitosum vniuersæ regioni bellum fuit exitio fuit damno, detrimento, incommodo, calamitati,

No se nos puede en esta vida hazer mayor merced que enseñarnos la virtud.

Dar. *Qui virtutem tribuit, præbet, largitur ostendit, communicat, is tãtum affert beneficium, quantum esse præterea nullunt potest.*

Querria darle de palos.

Dar de palos. *Fuste illum male multare, male accipere, percutere, fustem illi volebat impingere: fustis ictus volebat illum experiri, fustis amaros ictus gustare, sensu percipere, vim & grauitatem sustinere, fere pati.*

Dar lugar o vẽtaja. De que le deuo yo a el vassallage.

Cur ei cedere, loco cedere, locum concedere, locum dare ei debeo, qui comparandus, æquandus conferendus, par omnino mihi non est? quamobrem qui est, infra me, qui nihil ad me est, mihi patiar anteponi? quid est caussa, cur primas ei partes concedam, primas ad eum partes deferri sinam, primo eum loco statuã, præponi mihi, ante me collocari, anteire, me patiar eum, quem nulla res mecum, æquat, cuius meritis mea merita antecellũt? quid est caussæ, cur honore superior habeatur, qui virtute inferior est?

De prudente es: acommodarse al tiempo.

Sapientis est, sapientiæ est, consilij est, rationis est, sapientem decet tempori cedere, necessitati parere, rationem temporis habere, cõsulere tẽporibus, seruire temporibus, conformare se ad temporis rationẽ et consilia, & actiones tempore moderari, pro temporũ statu & suscipere, & deponere ita se gerere, vt præcipere tempus videatur, vt temporis ratio ferat, ac postulet: quasi ducem sequi in agendis rebus, quasi consiliarium habere tempus, consiliario tempore nos decet.

No es para tantos trabajos de estudio. Debil o flaco.

Infirmior est, imbecillior est infirmiore, imbecilliore, tenuiore valetudine, infirmioris, imbecillioris, tenuioris valetudinis est corpore est imbecilliore, tenuiore, viribus est, infirmioribus, imbecilioribus, tenuioribus, quam vt studiorum laborem, studiorum onus ferre, perferre sustinere poßit minus habet virium roboris, quam vt studiorum labori par esse poßit, quam vt ferendo studiorum labori poßit esse: valetudine vtitur infirma, imbecilla, sic, vt labor eum studiorum facilè poßit opprimere: eam illi valetudinẽ eas natura vires negauit, quas laboriosa studiorum tractatio, aßidua literarum exercitatio, grauißima literarum studia postulant, requirunt, desiderant, exigunt, corporis valetudinis, virium infirmitas, imbecillitas, tenuitas facit, vt incumbere, quantum res prescit, in studia non queat,

La vida viciosa y regalada te ha quitado las fuerças, Debilitar o enflaqcer.

Viris corporis tibi minuit. diminuit, imminuit, comminuit, infirmauit, debilitauit, ademit, abstulit, afflixit vitæ ratio minime moderata, incontinentia, intemperantia, nequitia, luxus, libido: vita immoderatè, incontinenter, intemperanter, dissolute, ne quiter, sine modo, luxuriose traducta, ad infirmitatem, ad imbecillitatem, tenuitatem corporis te redegit: ad duxit, minus te firmum, minus validum, minus valentem, minus robustum, infirmiorem, imbecilliorẽ reddidit.

Gran mal te verna si te descuydas, o si en esto caes en falta.

Defecto falta, o dscuydo

Offensionem in primis esse periculosam, magno tibi futuram damno, tibi affirmo: si quid offendens, errabis, secus efficies committes peccabis, laberis, si culpam commiseris, si quam in culpam incideris, si te minus honeste, minus sapienter gesseris, si te quẽ, non decet, eum præbueris: magno tibi constabit, non mediocre dannum, non leuis iactura consequetur, tuam culpam graui damno solues, magna mercedere dimes, grauissime lues.

Como os lo he prometido, defendere siẽpre vuestra honra.

defender

Quod pollicitus sum, id re præstabo, vt honorem tuum defendam, tuear, vt honoris tui defensionem, contentionem, certamen suscipiã, vt pro honore tuo pugnem, contẽdam, certem vt honorem tuum defendendum, tuendumq́; suscipiam.

Determinado he no hazer cosa alguna sin

vue-

vuestro parescer.

Decreui, constitui, statui, certum consilium cæpi plane animum induxi, nihil vt facerem sine consilio tuo, nisi te approbante, nisi de consilio tuo, nisi tuo consilio vterer, niterer, deliberatum est, constitutum iudicatum, captum consilium. De librar.

Dende mi niñez.

Ab initio ætatis, a primo ætatis exordio, a prima ætate, ab ineunte ætate, a primis temporibus: a puero iam inde a puero, iam inde, vsque a puero, a prima pueritia, a primis annis, a teneris, Vt Græci dicunt: vnguiculis, a die natali, ab ortu primo: aquo die natus sum, ex quo ingressus in vitam sum, ex quo lucis vsura frui cœpi, ex quo vitæ limen attigi, animum ducere, sppiritum haurire de cælo cœpi. Dende niño.

Ya me canso de estar en este mundo.

Vitæ me tedet, vitam fastidio, vitam mihi acerbã puto, acerbe viuo: molesta, grauis, amara prorsus mi bi vita est: agerrime, molestissime prorsus misere vi uo, quando mihi mors eum eripuit, ex quo mea gaudia, meæ lætitiæ manabant omnes, Descontento.

Yo os manifestare mi animo, o voluntad quando sera tiempo.

Vbi res feret, cum occasio postulabit, indicabo tibi animum meum, patefaciam, significabo, declarabo, aperiam: testificabor, re tibi probabo: extabit animus meus, patebit, costabit, perspicuus erit Descubrir.

signi

significationem tibi dabo signa ostendam, argumenta præbebo animi mei, animun tibi meum certa probabunt argumenta ex apertis, minime obscuris minime dubis argumentis signis iudiciis testimoniis animũ meũ meã voluntatem meos sensus cognoſces perspicies intelliges, conijcies.

Enla guerra se mostro valeroso

In bellis ostendit se, probabit, præbuit, prestitit a crem, ac fortem virum: ita fortem, ac strenuam operam nauauit, vt magnam laudem tulerit, rem bellicam fortiter ac strenue tractauit, gessit, ad ministrauit.

Por cumplir con sus amigos, dexa perder su casa.

Descuidarse de sus cosas.

Alienam voluntatem vt sequaris, vt alienæ voluntati morem geras, vt aliis satisfacias, aliorũ causa, te ipsum destituis, deseris, & relinquis, de aliis plurimum, de te ipso, tuisq́ rebus minime laboras, aliena tibi curæ sunt, tua negligis: aliorum rationes pluris apud te, quam tuæ sunt propensior ad alios, quam ad te ipsum, tua voluntas est quid alijs placeat, quid aliorum re sit, attendis ratio rerum tuarum quidpo stulet: mineme cogitas præ aliis, te ipsum negligis: vt sequaris alios, discedis a te ipso: deficiis, desicis.

Muchos en verse pobres, se tienen por desdichados.

Desdihado.

Videre licet multos, qui se credant quia laborant inopia, egestare premuntur, insumma infelicitate versari

versari, constitutos esse, pessimè fortunatos esse, afflicta penitus fortuna esse, miserrimæ conditionis esse, omnibus malis affligi, omnibus miserijs opprimi, omnibus infortunijs vexari, se redactos esse ad summam infelicitatem, prorsus infeliciter, miserrimè, pessime secum agi, suas rationes, suas fortunas pessimo loco esse, afflictas, euersas, perditos esse, fortuna se iniquissima, aduersa, graui, infensa, in primis vti.

Yo nasci desdichado.

Fatum hoc meum est, vt miserrima quæque sustineam, hæc mihi nascenti dicta lex est, ea videor conditione natus, vt amarissimam fortunam in omni vita degustem, nihil vt boni videam in vita, nihil vt mali non subeam, sustineam, perfectam.

Aun que e perdido quanto tenia, no estoy desesperado. Desesperar,

Et si fortuna mihi carissima quæque abstulit, eripuit, ademit, & si me orbauit ijs rebus omnibus, quæ homini carissimæ sunt in uita, non faciam tamẽ, nõ committam, vt ipse me planè deseram atque destituã vt omnem planè spem abijciam, vt ab omni spe animum abducam, ut de meliore statu desperem, ut ad desperationem adducar, redigar: fortuna me prorsus omni spe salutis orbauit: nec tamẽ nihil spero: exclusa spes omnis videtur esse meliorum, rerum aliqua tamen spe nitor, sustentor, fulcior.

Gran afrenta te sera gastar tu hazienda neciamente. Deshonra,

Si tuam rem malè dissipaueris, perdideris, consum-

sũpseris, in res inanes erogaueris, conieceris, dedecori tibi erit, infamiæ, inominiæ, turpe tibi erit, infamia consequetur.

No penser sino en si mismo, deshonra es.

Seipsum curare, nihil præterea, de seipso tantùm sua tantùm unius causa laborare, sibi uni studere, servire, prospicere, consulere, præterea nemini, turpissimum est, maximè dedecet, indecorum in primis est, infamiæ, ignominiæ, dedecori est, dedecus affert, infamiam parit, turpem famam, opinionem minime commodam, aut optabilem parit, eiusmodi res est, quam summa consequitur infamia, ignomia, turpis infamiæ nota, dedecus, accusatio, reprehensio fraudi est, vitio vertitur, tribuitur, datur, adscribitur, assignatur.

La cosa esta disfamada.

Res palam exagitatur, vituperatur, accusatur, reprehenditur, damnatur, acerbè notatur, infamia notatur, improbatur: sermones cadere minùs commodi sunt. parum honesti dissipantur.

Desmayado, amortecido.

Desmayado esta sin habla.

Animus eum reliquit, destituit, defecit: deliquiũ animi passus est, inter mortuus est: defecit, animo cõcidit: ita captus omni sensu est, vt à vita decessisse videretur.

Si puedo vn poco desocuparme yo os escreuire.

Desocupado.

Si quid ocij nactus ero, literas ad te dabo: si otiũ erit, si vacabo, si per occupationes licebit, si permittent

tent curæ, si quid habeo vacui temporis, si quid erit spatij, si quod surripere spatium licebit, si quid ab occupationibus impetrari temporis licebit, nisi occupationes vrgebunt, si mei iuris ero, si qua hora meo arbitratu licebit vti, si negotijs uacabo; vinculum illud occupationem, quo & assiduæ adstringor, & arctissimè, non dico prorsus exsoluetur, sed paullulùm modò, paulisper: aliquantum, aliquantisper, non nihil, aliqua ex parte laxabitur, si vacuus ero, curarum expers, liber a negotijs, si me hic rebus, quibus nunc teneor implicatus, explicauero, si dabitur otiũ, si quiescere licebit à curis, negotijs, occupationibus molestijs.

Desseo mucho estar en ciudad. Dessear.
Sum in urbis desiderio, desiderio me urbs afficit, desiderium me tenet urbis, urbis cupiditate flagro, animus meus in urbe est, urbem spectat, æstuat urbis desiderio, est in urbis desiderio,

Mucho desseo vuestra alabança y honra.
Mirè, mirificè mirabiliter, mirum in modum, mirandum in modum, admirabili quodam studio tuã laudem, tuum decus expeto, cupio, opto, exopto: percupio tuam laudem, sum in desiderio tuæ laudis, cupiditate tuæ laudis incredibili teneor, ardeo, flagro; sum incensus, sum inflammatus, ducor, trahor, rapior amore flagro, studio sum incensus, alacri animo sum, ut honestissimum te videam laude florentem, honoratum: tua mihi laus carissima est

sordi est, inter prima ducitur, inter ea, quæ apud me summa sunt.

Desseo os lo mismo que a mi hijo.

Optimè tibi cupio, sic in quã, ut filio meo: tua causa cupio, quantam filij mei causa volo: cupio tibi secun da omnia, non minus quàm filio meo, æque tibi faueo ac filio meo: animatus in te sum ut in filium, quo in filium, eodem erga te animo sum.

Bien se quan desseoso soys de alabança.

Omnes tuos ad laudem Impetus noui, quã sis ad lau dem propensus, inclinatus, quanti sit apud te laus, quàm labores de laude, quàm vehementer ad laudẽ incumbas, quam laudi studeas, quo studio laudem se quaris, quæ tua sit laudis cupiditas, præclare noui, habeo cognitum.

Muchas ciudades populosas a destruydo la discordia ciuil.

Destruyr. *Ciuiles discordiæ, domesticæ seditiones, ciuium dissensiones, multas vrbes, opibus admodum florẽtes euerterant, solo æquarunt diruerunt, exciderunt, af flixerunt, perdiderunt, sustulerunt, multis urbibus perniciem, exitium, pestem, excidium, ruinam, interi tum attulerunt, exitio fuerunt.*

Soy el mas desdichado del mundo.

Desuenturado. *Nemo omnium qui viuunt, me vno infelicior, aut in fortunatior est, meas miserias nulla æquat infelicitas mea est miserrima conditio, in summa versor in felicitate: omnibus vexor, perturbor, exagitor infortu nijs, calamitatibus, miserijs, malis: omnes me præmũt*

mise

miseriæ: infesta,infensa,aduersa, iniqua mihi sunt omnia:nulla est tam:miserrima fortuna, quam mea fortuna non superet,quæ sit cum mea fortuna conferenda,quæ non infra meam fortunam sit:miserrimo sum fato,singulari,deteriore quam qui vis omnium qui in terris degunt:meum est singulare fatum:singulari vtor fato,singulari fato natus sum: infausto nimium,aduersoq; sydere sum natus,hæc mihi nascenti dicta lex est,nunquam vt secunda fortuna vterer,nunquam a te miser non essem,perpetuis vt vexarer miserijs,angerer,cruciarer, torquerer,affligerer malis:mecum agitur infeliciter, prorsus infeliciter ago:suas in me vires nunquam fortuna non exercet omnibus me fortuna machinis,omni telorum genere,suis,quantascunque habet, opibus,ac viribus oppugnat:non aduersa tantum, sed euersa penitus est mea fortuna,quis est omnium mortalium iniquiore conditione,deteriore loco,quàm ego sum?

No tienes verguença. Desuergoçado.

Nulla tibi est ad facinus verecundia:nullum tibi peccandi modum verecundia statuit,peccas abiecta prorsus verecundia,peccas sine modo peccas impudentissime,non te pudor ullus,non te modestia deterret,abducit,remouet à voluntate, à studio, à cõsuetudine peccandi.

Si yo fuesse desuergonçado como tu.

Si tuum os haberem,si tuam imitarer impudentiam essem æque ac tu,pariter ac tu,similiter ac tu,non secus,non aliter ac tu,ita ut tu,uti tu,quemadmodum

in sicuti tu impudēs, ad impudētiā propēsus, pudo ris expers, ac modestiæ, alienus à pudore, remotus à modestia, aversus à pudore.

Tu tienes poca verguença.

Transis verecundiæ fines, abes procul à pudore, modestiam nullam retines, tueris, colis. non te pudor retinet, nō te modestia regit, non verecūdia tēperat.

No lo puedo dilatar.

Detener se. *Morari diutius, morā facere, morā interponere, procrastinari, differre, diē ducere, referre, me in aliu tēpus, rem proferre, ducere, producere, protudere, pro trahere, extrahere, in aliud tēpus reseruare nō possū.*

Mucho dinero me deue.

Deudor *Magnā mihi pecuniæ vim debet: magno mihi meo ære obstrictus est: est in meis nominibus ex pecunia, satis multa.* El q̄ es deuoto todo le succede biē.

Deuoto *Q̄ ē pius est, religiosus, pius in Deum, qui honorem Deo præstat, Deum animo spectat, Deo seruit, qui pietatem, & religionē colit, qui suū animū, suas cogi tationes, sua cōsilia ad Deū refert, qui piè, religioseq; viuit, qui cū pietate vitā duci, qui omnibus in rebus ducē Deū sequitur, duce Deo utitur, ad Deū spectat cuius est vita cū pietate cōiūcta, qui nihil nō piè, nihil nō cogitat cū religione cōiūctū: ei optata omnia con tingūt feliciter omnia succedūt, nihil nan prosperè succedit.* Vos no estays deuoto enla yglesia.

Non satis diligenter, parū piè, minus religiose, quàm conueniat, sacris operamdas: in tēplo versaris, Deum colis, satis piè non agis in templo, pietas in te deside-

ratur, requiritur: non eam pietatem, non eam religionem, quæ Deo debetur præstas in templo.

Aunq̃ no os lo deuo, siẽpre e dicho biẽ de vos. Dezir bien.

Licet nō optimè de me sis meritus, bene tamẽ tibi dixi: honorifice de te sum locutus, mea fuit in te honorifica oratio, verbū ex ore meo nullum exijt, nisi tuæ cū laude cōiūctū: laudes in te cōtuli, licet immerentem, licet immerito tuo: laudaui te, extuli, ornaui: preclara quædā in te cōtuli: dixi q̄ te, quæ tibi laudẽ parerẽt: vsi de te verbis vsus sū, quæ ad te honestādū valerẽt, vim haberẽt. Todos dizẽ mal de vos. Dezir mal.

Pessimè tibi omnes dicūt, turpissimè, atque accrbissimè de te locuūtur: turpia quædā, atque inhonesta in te cōferūt: valde te exacitāt, iactāt, insectātur, vituperāt, accusant, carpūt, vellicant: omnes tibi grauissimè obtrectāt, de tua existimatione multū detrahere conātur, liberrimè inuehuntur in te, nefaria quædā de te dissipāt, disseminãt, iactāt, maledictis te onerāt grauissimis: maledicta in te conferunt, congerunt. conijciunt, ita de te loquuntur, ut honori tuo labem inferant, aspergant maculas, tenebras offundant, ut honorem tuum turpi labe inficiant.

Si el mucho hablar es eloquencia, vos soys el mas eloquente del mundo. Dezir mucho.

Si cuius est prolixior, lōgior, uberior, oratio, si qui diutius loquitur, qui lōgiore sermonẽ habet, qui plura verba facit, is eloquẽtiā possidet. si ei, qui verbosior, qui plura effūdit verba, cui laus eloquẽtiæ debetur, si verborū in copia sita ẽ eloquẽtiæ, tu omniū quiuiuū eloquẽtissimus

tissimus es, omnes mortales eloquentia anteis,

Dia, Ya se haze de dia.

Lucescit, albescit dies, dies appetit, aduentat, adest: crepusculum matutinum adest, Sol exoritur: tenebras fugat lux: nocti succedit dies, noctem subsequitur dies, abeunte nocte dies aduenit: lux apparet.

Dios es summa bondad, summa justicia, clemencia, potencia. &c.

Dios. *Bonitas in Deo, iustitia, clementia, potestas, tanta est, quanta potest esse maxima: singulari* Deus *bonitate est, incredibili iustitia, immensa clementia, infinita potestate: is qui cuncta creauit, condidit, architectatus est, ex nihilo excitauit, formauit, finxit: is qui omnia regit, gubernat, moderatur, tēperat: is qui rebus omnibus præest, dominatur, imperat, à quo uno cuius vnius à voluntate, nutu, imperio pendent omnia: cuius potestas omnia complectitur, cuius in potestate omnia sunt, quem verentur omnia, cui parent omnia, omnium rerum auctor, creator, conditor opifex, artifex, effector.*

Quien sus pensamientos no endereça a Dios facilmente se engaña.

Qui suas ad cogitationes Deum non adhibet suis in cogitationibus non confugit ad Deum, sua consilia ad Deum non refert, cuius animus cum Deo nūquam loquitur, sæpe illum fallit humana prudētia, sæpe eis ad humana prudentia in fraudem, in errores inducitur, sæpe labitur, aut offendit, aut errat, ab humana prudentia ductus, ducem sequutus humanam

pruden

prudentiam, humanæ prudentiæ ductu falsa quadã rerum humanarum specie deceptus.

Dios fauorece alos affligidos siempre que lo llaman.

Prefugium habemus ad Deum in nostris calamitatibus, tranquillitas est in nostris tempestatibus, naufragium timentibus portus est: afflictos diuina pietas excitat, amplissima est diuina liberalitas, patet omnibus, latissimè patet, amplissimè patet, vbiquè locorum est, nusquam non est diuina benignitas: cui non benignè facit Deus? ecquis est, in quem Dei benignitas non extet? qui diuinam benignitatem nõ senserit, expertus sit, re ipsa cognouerit, perspicuè viderit, clarissimè perspexerit? nemo diuinam opẽ frustra implorauit: præsto est, adest, opem fert, opitulatur, subuenit Deus inuocantibus eum, implorãtibus eum, confugientibus ad eum.

Cosa es muy dificultosa. Difficil.

Difficilis res est, laboriosa, non facillima, minimè facilis, difficultatis habet negotij, laboris plurimum: nõ ea res est, quæ facilè, paruo negotio, leui labore, non magno studio possit effici, magnæ difficultatis, multi laboris, non parui negotij, nõ operis exigui, laboriosa, operosa, grauissima res est, in qua sudandum sit, sustinendi labores, multum operæ ponendum, vigilãdum, excubandum animo sit, non leuiter laborãdũ studij multum, industriæ plurimum sit adhibendum.

Mui differẽtes son vuestras cosas đ las mias.

Differẽcia. *Dissimillima, diuersa in primis rerum nostrarũ ratio est: meæ rationes admodum à tuis differunt, discrepant, distant, dissentiunt: multùm inter res nostras interest: non idem est mearum ac tuarum rerũ status, meæ rationes aliter ac tuis se habent, dissimiliter, diuerse, diuersa quadam ratione, prorsus alio modo.*]

No pareceys en nada a vuestro padre.

Patris tui dissimilis es: patrẽ non refers, non imitaris, parentis tui consuetudo in te desideratur, parẽti tuo dissimilem te præbes, tua ratio à patris tui ratione longè distat: patris tui consuetudine longè discedis, non agnoscitur in te pater tuus, pater tuus in te non agnoscitur.

Digno. Vuestro hijo no merece que le amen.

Indignus est amore, ac beneuolentia filius tuus: indignus est, qui ametur, non est qui ametur: nullam virtutem possidet, nulla prædictus est arte, quæ amore conciliet, omnia prorsus animi bona omnia desiderat ornamenta, quibus beneuolentia colligitur, quæ ad colligendam, quærendam, comparandam beneuolentiam faciunt valent, spectant, apta sunt, accommodata, idonea, apposita, nihil est in filio tuo, quod homines ad illum amandum alliciat: nihil est in illo, quare diligatur: nulla arte, scientia, virtute, nulla planère commendatur, ut inire gratiam ab hominibus, adiungere sibi homines aliqua beneuolentia possit.

Dilatar. El negocio se a dilatado hasta Enero.

In Ianua

In Ianuarium reiecta, producta, dilata, prolata, prorrogata, protracta, protrusa res est.

Procurad no me alarguen el tiempo.

Caue ne mihi spatium producatur, dies proferatur, tempus prorogetur.

Vos procurays detenerme.

Id agis, vt rem extrahas, ducas, producas, pro trahas, differas, proferas, proroges, proendas, in aliud tẽpus reijcias, protrudas, ut rem suspendas, sustineas, ut rei morã facias morã inijcias vt rei exitũ morexis

Mirad no me detengan.

Vide nequid mihi ad hoc negotium temporis accedat, ne tempus addatur, ne qua fiat acessio temporis, ne quid mihi temporis in hoc negotio, in hoc munere, in hac administratione prorogetur, ne fiat longior, ne ducatur longius, ne sit diuturnior hæc administratio.

Proueed no me alarguen el tiempo.

Caue ne mihi spatium producatur, dies proferatur, prorogetur, protrahatur, extrahatur, protendatur, si at longior, ne res longius ducatur, ne in aliud tẽpus reijciatur, protrudatur, referuetur.

Querria que fuessedes mas curioso en componer.

Velim te plus diligantiæ, curæ, operæ, industriæ, studij inscribendo ponere, locare, collocare, cõsumere: plus diligentiæ ad escribendum conferri à te velim, operam nauari studio maiore in scribendo cuperem: tuis in scriptis diligentiam desidero, requiro, maiorẽ Diligente.

maiorum postulo, non scribis accuratè, non diligẽter non studiosè, non ea qua opus esset, quam res postulat diligentia, minùs quam oporteat diligenter: impiger in scribendo non admodum es.

En toda cosa de cumplimiento era diligentissimo.

Erat in omni genere officij maximè omnium diligentissimus, omnis officij diligentissimus, vincebat, superabat, anteibat, antecedebat omnes, excellebat omnes, præstabat omnibus, antecellebat omnibus diligentia: par illi, æqualis, similis, cum illo comparãdus, æquãdus conferendus, comparandus, componendus, in diligentia nemo fuit.

Yo os amo por lo que permi aueys hecho, y por natural disposicion de mi animo.

Dispo-sicion. *Fit beneficijs tuis, & inductione quadam animi mei, te ut diligam.*

Otro teneys enel coraçon delo que vuestro rostro señala.

Dissimular. *Vultu simulatio sustinetur, aliud vultu significatur, aliud in animo latet, non congruit animus cum vultu, dissentit animi à vultus occultat.*

Soys gran Humanista.

Docto. *A pueritia floruisti artibus ijs, quæ ab humanitate nomen acceperunt.*

Es buen medico.

Bene doctus est, eruditus, instructus medicæ sciẽtia, medendi arte, medicis litteris, sciens im primis est, peritus, intelligens, gnarus medicinæ longè processit

in

in medicinæ scientia, nouit penitùs medicinam, tenet, possidet, tallet: medicinæ scientiam ita est assecutus, vt pauci, medicina scientia valet, floret, præstat, excelit, medicinæ doctrina, scientia, peritia, cognitione, intelligentia, eruditione cum paucis conferendus est. inferior nemini nota ei præclarè Medicina est, patent ei, quae multos latent, ex Medica *sciencia, ex medendi arte: multùm hausit ex ijs libris unde manat Medicinæ cognitio. Medicinæ scientiam planè complexus est, mente atque animo comprehendit, ingenio sibi aperuit, comparauit, peperit.*

Es poco docto.

Litteras planè non noueras, parum in via litterarũ processerat, litteras vix attigerat, gustauerat, litteras à limine salutauerat, ex abditis literarum fontibus aut nihil, aut parum hauserat, litteris erat medio criter, leuiter, vulgariter, non admodum, haut satis, haud multum eruditus, institutus, instructus, planè perfectè, absolute, exquisita quadam ratione, excellẽter, egregie, præclarè literatus non erat, longè aberat à perfecta literarum sciẽtia, reconditæ, interiores, exquisitæ, singulares, egregiæ in illo literæ non erant. vulgares in illo litteræ non erant. Docto: poco.

Es muy docto,

Multæ sunt in illo literæ, & eæ quidem reconditæ & exquisitæ.

Es cosa dudosa.

Dubium est, dubitandum est, dubitari potest, in dubio est, est cur dubitetur, dubitationem res habet, Duda.

ambi

ambiguum est, in dubio versatur, in dubio positum est, in ambiguo, in ancipiti, planè non constat, non patet, non liquet, apertum nõ est, perspicuum, dilucidũ, dilucidè, nõ patet, qui sit belli exitus futurus: de belli euentu potest ambigi: certò diuinare, coijcere, augurari, affirmare non licet, exploratum nõ est, certa coiectura, non est, indubiũ vocari potest euentus belli, in dubium venire, indubitationem, adduci potest, in utramque partem iudicari de belli euentu, anceps de belli exitu, ambigua, dubia, incerta, difficilis admodũ obscura, quæ obscuritatis & erroris habet multũ, nõ simplex, non aperta, non perspicua, parum certa diuinatio, coniectura, opinio est, coniecturã facere de belli exitu, cui licet? quid in bello casurum sit, utram in partem inclinatura victoria, nemo despicit, videt, intelligit, nouit: exitum belli certa ratio non ostendit, non promittit.

Dudoso No se que determine.

Anceps valde sum, in ancipiti cura versor, non dispicio, non diiudico, utram in partem medem, utrũ sit rectius, conducibilius, eligendum, consiliũ non explico, exitum non reperio, animi pendeo, dubius sum, incertus sum: exploratum, apertum, certum non habeo: dubitatio me tenet, difficilis mihi dubitatio est, teneor implicatus, variè distrahor, in utramque partem animus inclinat: dubia cogitatione, accipiti curã distrahor, iactor, versor, pendet animus, fluctuat, labat in consilio, nutat, non consistit, nihil habet explorati: hæreo, nihil explico, nihil expedio: quid consilij capiã

capiam, ignoro: explicata, explorata capiendi consilij ratio mihi non est,

No puedo con palabras declararlo que siento en mi animo. Declarar con palabras

Mentis cogitata, consilia, animi sensa, sensus intimos, non est ut possim enuntiare, proloqui, verbis, oratione, sermone, depromere, explicare, explanare, exprimere, afferre, enuntiare, patefacere, ostendere, exprimendis animi sensis impar oratio est, non sufficit, verba desunt, opta verba requiruntur: mentem oratio non assequitur, non æquat, exprimere satis non potest.

En la guerra ciuil, Ciceron siguio el vando de Pompeyo.

Cicero in bello ciuili Pompeium secutus est, fuit in castris Pompeij, fuit in præsidijs Pompeij, stetit à Pompeio, stetit per Pompeium, Pompeij partes defendit, fuit inter præsidia Pompeij. Defensa

Gran pesar, y tristeza me a venido con la carta dela muerte de vuestro padre.

Magnum mihi dolorem, grauem solicitudinem, acerbitatis multum attulit, peperit epistola tua de interitu parentis tui: magno me dolore affecerunt epistolæ tuæ: valde me perturbarunt, afflixerunt, commouerunt, acerbè sum affectus litteris tuis: molestiæ plurimum, doloris, solicitudinis, acerbitatis cæpi, accepi, suscepi, tuli, contraxi, hausi, legi magno cum dolore, molestissimè litteras tuas. Descontento.

Tengo

Tengo gran pesar.

Aliquid me mordet, pungit, afficit: est quiddam, quod molestius feram, sub molestê feram, in quo non nihil offendar.

Designo

Pienso en vna cosa muy importante,

Magnum quiddam specto: magni momenti, magni ponderis rem in animo voluo: præclara quædam, admodumq; sublimia suspicit, & cogitat animus meus.

Este fue mi designo.

Consilium meum hoc fuit: hoc spectaui, hoc volui: hoc secutus sum: id egi: huc retuli mea consilia, meas cogitationes: huc animum intendi, mentem direxi, consilia contuli: huc spectauit animus meus, hic animo meo, meisq; consilijs scopus fuit,

Dia verna.

Tiẽpo vẽdra q̃ la virtud sera estimada.

Veniet tempus, veniet illa dies, erit tempus, erit aliquando illa dies: illucescet aliquando illa dies, diem aliquando illum sol affer mortalibus: erit aliquando cum suus virtuti tribuatur honor, cum virtuti honor habeatur, cum virtus colatur, tanti æstimetur, quanti est, in honore sit, cum virtuti honores debiti persoluantur, deferatur plurimum, cum virtus magna im primis honestaq; sit, honestum locum habeat, sit inter ea, quæ prima ducuntur.

Discordamos en opiniones, mas en amistad somos muy conformes.

Discrepant sententiæ nostræ, cum tamen æque inter nos amemus, mutuus inter nos amor sit: opinione dissene

ne dissentimus,non voluntate,nostræ sententiæ non congruunt,cum animi tamen nostri in amore consentiant:non idem sensus est,non idem iuditium eadem tamen voluntas,eadem beneuolentia,opinionum est inter nos dissimilitudo,non animorum:diuersa sentimus,eadem tamen,volumus : animorum consensus inter nos est,opinionum dissensio.

Por discordia se an perdido infinitas republicas. Discordia,

Multas Resp.ciuiles discordiæ perdiderunt, domesticæ seditiones,intestina bella, cõtrouersiæ inter ciues parti ũcõtẽtiones:ẽ ciuilibus discordijs:contẽtionibus controuersiis,dissentionibus ,seditionibusmultarũ rerum publicarum pernicies fluxit,manauit, orta est.

Es de edad de doze años. edad.

Annos duodecim natus est,duodecimun ætatis annum agit,ætatis annum non excessit, non egressus est,non expleuit.

Vos estays enlo mejor de vuestra edad.

Flores ætate,integra,firma,valida ætate es,ætate viges,vales,validus es,firmus es.

Gran afrenta era mentir en tiempo passado.

Maiorum nostrorum ætate,tempestate,temporibus,quo sæculo maiores nostri vixerunt,mendacium probro maximo fuit,mendacium dicere turpissimum fuit,veritas ita colebatur , ut falsi homines pessimê audirent.

Mucho se trato deste negocio, pero no se effetuo cosa alguna.

Efecto.

Diu deliberatum, actum, consultatum est, perfecta tamen confecta, absoluta, profligata, ad finem perducta res non est, exitum res non habuit, ad exitum nõ venit, perducta non est: deliberationem consecuta res non est

No me sucedio como yo queria.

Non cecidit, ut optabam, præter meam voluntatẽ contra voluntatem, contra quàm volebam, secus ac volebam, euenit: exitum res habuit alienum à voluntate, minimè cum volũtate congruentem, aduersum voluntati, exitus rei, eventus rei voluntati non respondit, optatum exitum consecuta res non est, ad exitum non pervenit: res pro voluntate non suceßit, cupiditatem fortuna frustrata est, fefellit, delusit, irritam fecit, summa cupiditas, res planè nulla fuit sperandum euentum sortita res non est, nacta non est, adepta non est.

Ala ora de agora, o mi negocio es effetuado, o esta cerca dello.

Puto rem aut iam esse aliquam, aut appropinquare: aut confectum iam aliquid, aut inibi esse arbitror ut opinio mea fert, res non abest longiùs, non longè ab sumus à re, longinqua res non est.

Nunca dexas tu mala vida.

Enmendarse.

Numquam à vitijs animum, mentem, cogitationem abducis: numquam de vitijs non cogitas, hærent in animo

animo studia vitiorum, numquam tua mens ab improbis cogitationibus discedit, abducitur, auellitur, vitia semper cogitat animus tuus.

Gran fama alcançan los que emprenden grandes cosas, aunque no salgan con ellas.

Qui facinus egregium aggrediuntur, ijs, etiam si non succedat, laus tamen aliqua debetur, qui ad res praeclaras animum adijciunt, animum adiungunt, se se applicant, sua studia conferunt, praeclaris in rebus industriam suam exercent, operam ponunt, ij, vel si spem fortuna frustretur, fallat, vel si spei exitus non respondeat, ut id quod velint, minùs assequantur, ut quò spectant minimè perveniant, omni tamen excludendi laude non sunt, aliqua tamen eos ornari laude aequum est: magna suscipientibus, ad res egregias, nobiles, praeclaras, eximias aggredientibus, vel si frustrà labor suscipiatur, inanis opera sit, non planè feliciter, non prosperè, non optimè, non omninò ex animi sententia cadat, habendus tamen honor est: praeclara conantes, in secundis, tertijsq; si consequi prima non liceat, consistere laus est: qui ad summam gloriam suae vitae cursum dirigunt, qui summa petunt, ad summa contendum, etiam si spe frustentur, etiam si quò intenderint, non perveniant, etiam si me tam non attingant, est tamen cur laudentur, non sunt omni prorsus laude summovendi, decus aliquod, mercedem voluntatis empresa

egregiæ,magni,præstantis,excellentis:excelsi, erecti animi præmium ferre debent.

Mira lo que emprendes.

Etiam atque etiam vide,quantum facinus conere animaduerte quid suscipias, quid sustinere possis, quàm graui subeas onero,quantum tibi oneris imponas,quantum inaneas rem,cuius difficultatis, cuius industriæ,cuius operæ sit,quàm difficile,durum,spissum,laboriosum,operosum,quantum industriæ, quã facultatem,quas vires,quos neruos,quantum roboris postulet id,quod conaris,moliris,tentans, instituis, suscipis,aggrederis.

Enesto empleare todas mis fuerças.

In arcem huius caussæ inuadam,totis viribus,toto pectore contendam.

De gran orador es,ensalçar cosas baxas, y dar lustre a las escuras.

Magni Oratoris est, humilia tollere, efferri ea, quæ iacere videntur,excitare,atque erigere,obscuris dare lucem,splendorem afferre,obscura illustrare,

emprender de proposito.

Despiertate en cobrar lo que as perdido.

Ingenium intende,adhibe,confer hũc,in hac unã curam: intende aciem ingenij tui, acue tuum ingenium,ut aliquam tam grauis damni faciendi rationem ineas,ut quod accepisti damnum, aliqua recompensetur.

E

No es bien ser cruel con sus hijos.

cambra -

Sæuire in filios,sæuitiam aduersus filios exerce-

re,crudeliter agere cum filijs nunquam debemus: tā ti esse nihil debet,ut crudeles in liberos simus,ut crudeles nos liberi nostri experiantur:si quid agitur cū filijs,crudelitas absit, nunquam crudelitati locus sit.

uecer se o boluer se cruel.

Siempre me encomendays lo que yo no pue do hazer.

Soles ea mihi imponere,quæ sustinere vix possum ea imperas,præcipis,iubes,mandas, committis, quæ viris meas exuperent,quæ præstare,perficere, exequi vix possim,magni negotij est,summæ difficultatis,operæ non exiguæ,ad exitum ea perducere, quæ in mandatis à te habeo:dura nimis,gravia, difficilia mihi imperas.

encargar.

Tomad esto como si fuesse cosa mia.

Omnem tibi rem,atque caussam commēdo, atque trado: eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea,tibi commendo,ac trado,vt grauissimè, diligentissimeq; possum.

encomēdar.

Yo os lo encargo todo lo que puedo.

Sic tibi eum commendo,ut maiore cura, studio, solicitudine animi commendare non possim: velim tibi persuadeas,nihil me maiore studio à te petere,nihil te mihi gratius,facere posse,quam si omnibus tuis opibus,omni studio eum iuueris:peto à te maiorem in modum,vel humanitatis tuæ,uel mea caussa, ut eum auctoritate tua,quæ plurimum valet conseruatum velis:ita à te peto, ut maiore studio, magisue ex animo petere non possim,velim omne genus libe=

ralitatis,quod & ab humanitate , & potesta te tua proficisci poterit non modò re,sed etiã verbis, vultu deniq; ex primas : vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi quàm maximas,quã primum, quàm sæpißimè gratias agat : velim eum omnibus tuis officijs, atq; omni liberalitate tueare : si me tanti facis,quanti & ipse existimat : & ego sentio,cures,quam primùm intelligam, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum & ipse sperauerit,nec ego dubitarim : velim eum quàm honorificentißimè pro tua natura, & quàm liberalißimè tractes : velim eum quàm liberalißimè complectare,maximo pere ut meum amicum,& ut tua dignum amicitia tibi commendo:vehementer mihi gratum erit,si eum humanitate tua, quæ est singularis,comprehenderis: sic tibi eum commendo,ut neque maiore studio quemquam,neque iustoribus de causis commendare poßim:gratißimum mihi feceris.si huic commendationi meæ tantum tribueris,quantum cui tribuisti plurimum, id est, si eum quam maximè, quibuscumq; rebus honeste ac pro tua dignitate poteris,iuueris,atq; ornaueris : peto à te maiorem in modum,ut ei omnibus in rebus, quantum tua dignitas,fidesq; patietur, commedes : cures,ut is intelligat hanc meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento, & ornamento fuisse: si ulla mea apud te commendatio valuit (multas autem valuisse plurimum scio) hæc ut

va-

valeat, rogo: maiorem in modum à te peto, ut cum omnes meos æquè ac tuos pro nostra necessitudine obseruare debeas: hunc in primis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat nullam rem sibi maiori usui, aut ornamento, quàm meam commendationem esse potuisse: cum, si me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me ipsum, hanc commendationem, quam ijs litteris consignari volui, scito esse omnium grauissimam. tum si tibi commendabo verbis ijs quibus, cum diligentissimè quid agimus, uti solemus, vix tamen satisfecisse mihi videar, genere commendationis mirifico, eoq́ planè, quòd si ex intima arte, intimoq́ ex animo depromptum, usum me putato, commendo tibi eum non vulgariter, sed ita prorsus: ut quos diligentissimè, valdeq́ ex animo soleo, quanti apud te sum, tantum valere apud te commendationem, meam ef-fice ut intelligat, cum tibi commendo ea commendatione quæ potest esse diligentissima.

Reprehendes le sin culpa.

Accusas culpas immerentem, expertem culpæ, vacuum à culpa, remotum à culpa damnas, in iudicium vocas, reum facis, persequeris, vitio tribuis, vitio vertis, fraudi das immerenti, ei qui culpam non commisit, culpæ sibi conscius non est, conferens culpam in expertem criminis, in sontem, immerentem, innoxium exagitas, En culpar.

in culpam vocas, adducis: iniustè, sine causa, iniuriâ immerito, contra quam ius est.

Causaraos gran odio.

enemistad *Graues suscipies inimicitias, subibis, adiuis venies ad inimicitias: graue odiũ aduersus te cõcitabis, grandes tibi erunt inimicitiæ, odiũ subibis acerbissimum habebis qui tibi vehementer infensi sint: incurres in odium capitale. excitabitur odium aduersus te, creabitur, in odium venies: odium suscipies: odium in te conuertes.*

Boluimos en amistad.

Inimicitias deposuimus: in gratiam redijmus: reconciliati sumus: odia dimissimus, abiecimus, deposuimus.

Enojado esta comigo.

Æquißimus mihi non est: paullo iniquior in me, iniquiore animo erga me, animo est in me non satis æquo.

Adolescio de mucho estudiar.

enfermo *Ægrotabat ex labore studiorum; iacebat ob studiorum labores: morbo languebat ex intemperantia studiorum, malè se habebat, inciderat in morbum, quòd ei studiorum modus esset nullus, quia minimè sibi parceret in studijs, affectus grauiter est, valetudine utitur ad versa, decumbit oppressus morbo, laborat morbo, valet pessime ex nimia studiorum consuetudine, ex immoderato usu.*

Luego que entendio como le auian engañado

ñado, quiso matarse.

Vbi se fraudatum, in fraudem inductum. fraude circunuentum, irretitum, captum, deceptum fictis verbis inductum, fallacijs à veritate abductum sensit, intellexit, vidit, cognouit: ubi fraus illi patuit, manifestæ fallatiæ fuerunt, patefactus dolus, ipse sibi manus afferre conatur est, voluntariam sibi mortem inferre, consciscere, voluntaria morte vita abrumpere. engañar

Pues sabeys mi condicion no aueys de creer que os engaño.

Cum ingenium meum te perspexeris, cognoueris, expertus sis, usu perspectum habeas, ipsa re cognitum, nihil in me insidiosum, aut fallax debes abnoscere: abesse me ab omni dolo, omniq; fraude, minime dolosum, astutum, insidiosum, fraudulentum, nectēdis fraudibus, parandis dolis, struendis insidijs assuetum, sinceri animi, simplicis ingenij, apartæ voluntatis, recta mentis. alienum ab arte simulandi, fraudādi, fallendi, decipiendi. Engaño

Muchas vezes la cara engaña.

Fallit vultus, mentitur, fraudem facit, in fraudem inducit, decipit, dissentit animus à vultu, nō cōuenit animus cum vultu: index animi verus non est vultus, falsa vultus imagine, ficta specie dissimulatur animus: aliud vultus præfefert, aliud animus celat, occultat, tegit, aliud in animo latet: tegit animū vultus mendax vultus est, latet animus in vultu, vultu quasi velo, aut inuolucro animus obtegitur, engañar

 atq;

atq; obtenditur, veram imaginem animi uultus non præfert: sensus animi cum specie vultus minimè congruit, minime consentit,

Sino quitas del comer, engordaras demasiado.

Engordar. *Nisi cibo parcas, à cibo abstineas, cibum minuas, de cibo detrahas, tibi temperes, modereris in cibis, nisi cibo partiùs utare, pinguior euades, quam satis est, nimiùm pinguesces, nimiam pinguedinem indues, lenior fies, obesior fies, nimia pinguedine laborabis.*

En grande manera.

En grande manera. *Valde, maximè, magnopere, maximopere, vehementer, admodum, etiam atq; etiam, non mediocriter, nõ parum, in primis, præcipue.*

Principalmente.

Summè, vehementer, valde, magnopere, etiam atq; etiam maximè, mirè, mirificè, incredibiliter, singulariter, unicè, egregiè, insigniter, cum primis, in primis præcipuè, apprimè, admodum maiorem in modum, mirum in modum, mirandum in modum, supra modum, extra modum, oppido, eximiè, maximopere, nõ vulgariter, non mediocriter, non minimè, non ad aliorum exemplum, non est communi consuetudine, non ut solet, non ut mos est, non more, non ordine, non aliorum exemplo, extra morem, extra ordinem, præter exemplum, sic, ut nihil magis, nihil supra, nihil, ultra nihil tale, nihil ad illud, ut conferri, nihil possit,

poßit, ſimile par, æquale; e[illegible], eius generis nihil ſit.

Tu me hazes colerico aunque no lo ſoy de naturaleza.

Stomachum mihi facis, bilem commoues: inducis me, impellis, incitas ad iram, facis ut iraſcar, ut ira commouear, afficiar, corripiar, ut excandeſcam, ut exardeam, ut ira flagrem: & ſine quaquam iracundus homo natura ſum, non procliuis, pronus, propenſus, inclinatus ad iram, non iræ deditus. non is, qui ad iram facilè labar, ſum alienus, longe remotus ab ira, quamquam iuris in me parum habet ira, minimè mihi dominatur ira, non admodum ad iram propendeo, inclino, ab ira longe abſum, Enojo.

Qualquier coſa que haras con colera te ſera affrentoſa.

Quidquid ages iracundè, iratus, in ira, cum ira, irato animo, animo ira commoto, ira affecto, ira agitato, commotus ira, adductus, inductus, impulſus, incitatus, actus, accenſus, inflamatus, iracundiæ ut compulſus, turpiter ages, tua cum infamia, ignominia, tuo cum dedecore, turpi te macula inquinabis, labe inficias, dedecus infamiæ turpis nota conſequitur,

Enojo a muchos tu gran gaſto.

Inuidioſa eſt apud omnes bonus tua largitio: inuidiam tibi parit: inuidiæ tibi eſt iſta largitio, lædit

animus bonorum,tua largitione grauius afficiuntur bonorum animi,largitione alienas à te bonorum animos.

enojose mucho. *Exarsit iracundia vehementi. exarsit vehementer,excanduit,commotus est,incensus, inflammatus ira vehementi,furere cœpit furor illum inuasit.*

No e sentido mayor enojo,o pesar.

Ex omnibus iniurijs,quas in me contulit,coniecit quibus me affecit,vexauit,exagitauit,infestatus est nulla mihi fuit grauior,nulla me grauiùs affecit,grauiorem nullam sensi,grauiùs nullam tuli,quàm cùm amici mei dedecus,ignominiam, de honestamentum per summam iniuriam,nefandumq; scelus quesiuit, infamiam amico meo machinatus est.

Enseñad a vuestro hijo que sea tal como vos.

enseñar. *Filium tuum imitatione tui velim erudias: iisdẽ studijs,quibus ipse excellis imbuatur,eat filius tuus ijsdem itineribus, quibus ipse ad summam scientiæ gloriam peruenisti.*

E entendido lo que de mi aueys hablado.

entẽder. *Perlatus est,delatus est,ad me tuus de me sermo.*

Han me lo dicho.

Allatum est ad me.

Este fue mi designo.

Cõsiliũ meũ hoc fuit:hoc spectaui:hoc volui: id egi.

Aunque no lo declaro,por vuestro padre lo digo.

Pa-

Patrem tuum nutu,significationeq; appello.

En todo tiene gracia. en todo tienegracia.

Aptissimus est ad omnes res,nemo est illo commodior,aut aptior:in omni re,in omni iudicio elegantissimus est , egregio iudicio perpolitus: summa est in illo ingenij suauitas & elegantia : nihil agit non aptè,non commodè,non eleganter,non lautè,non venustè,non lapidè,non egregie lepores habet, elegantiam,lautitiam,venustatem in omni re , quidquid agit,cum lepore agit,cum elegantia , sic, vt gratiam ab omnibus ineat,ut aptior,accommodatior, idoneus, magis videtur nemo,propriè factus à natura videatur ad omnes res,natus ad omnia,appositum quidam possidet ad omnes res.

Entretened el negocio. entretener.

Rem sustine,suspende,quod licet: moram interpone,rem ducas,producas,proroges,protrahas.

... Conosco que me e cansado en vano.

Nunc me sentio frustrà elaborasse,inanem laborem suscepisse,spes meas infirmis , & labantibus fundamentis esse nixas,me ducem,habuisse,ducē secutum esse;incertam certāq; spem arido solo,infructuoso cāpo,arenæ semina commisisse:mandasse : imprudentiam consilij mei exitus rei mihi declarat : spe sum deceptus , ductus sum inani studio:laterē lani:operā malè posui:oleum & operam perdidi:studium inutiliter consumpsi,locaui,posui.

Sino te diuiertes de tu buen entendimien envano.

to no erraras.

Errar. *Tuo consilio si vteris, te ipsum si audies, ipse tibi si optemperaueris, morem gesseris, obsecutus fueris, nihil errabis, nihil contra rem tuam, nihil a tuis rationibus alienum committes non laberis, non offendes non cecideris, nullã offensionem: nullum casum, aut errorem timebis sapienter statues, recte iudicabis, optiman rationem inibis.*

Al reues me a falido.

Spes me fefellit, opinione fum deceptus: falsa me spes aluit, falsa lactauit opinio.

No folamente os amo por las mercedes que me aueyshecho mas por aueros escogido por amigo.

Escoger *Diligo te beneficio quidem tuo prouocatus, sed iudicio etiam incitatus meusmeus in te amor ex iudicio fluxit: meum de te iudicium consecutus amor est: mea de tuis virtutibus opinio beneuolentiam peperit contuli me ad te amandum, qui te dignum amore iudico, quoniam amabilis es. is, es, qui amandus videare.*

Bien aueys escogido en daros a letras.

Optimam partem elegisti, sapienter vitam instituisti, restum cursum cepisti, optimo iudicio vsus es, sapienter iudicasti, cum te ad ingeniarum artium studia contulisti,

He determinado, o escogido fuffrir antes qualquiera cosa, que boluer a tras.

Statui, decreui, hoc mihi proposui, hoc delibe rani

vani, consilium hoc cœpi, quiduis potius perpeti, quam susceptam rem abijcere, ab incepto desistere, institutũ omitere.

Esfuerçate lo possible, en que no pierdas tu honra.

Da operam deligenter, enitere, conare, omni studio contende, omnibus viribus: intende omnes neruos, in cumbe toto pectore, elabora quantum in te est, studiũ adhibe quantum potes, confer hûc omnia tua studia, omnem operam & industriam, age hoc quam diligenter potes: ne quam tuus honor iacturam faciat, ne quod ferat detrimentum, ne quam iniuriam accipiat ne qua labe inficiatur, ne quam labem, aut maculam suscipiat, contrahat. Esforçarse.

Por que les days oreja.

Cur ad istorum sermonem aures tuæ patent? cur horum sermonibus aures præbes, cur hi tuis auribus, vtuntur æquissimis? cur te tam facilem habent in audiendo? cur tantam audiendi molestiam aures tuæ sustinent? Escuchar.

Si he hablado del, escusame su mala vida.

Si paullô in eum liberiûs inuectus sum, vindicabit me personæ turpitudo, Escusar.

Menester es que figas la virtud, si quieres parescer alos tuyos.

Si tuorum maiorum laudibus respondere, si maiores tuos referre vis, cupis imitari, si te dignum maioribus tuis præbere studes? vt ad virtutem, in Es menester.

vir

virtutem incumbas, ad virtutem studia tua conferas, opus est, nouari à te operam virtuti oportet: debes virtutem colere, tui muneris, tui officij, tuarũ partium est; non potes non virtuti operam dare, non licet tibi virtutem negligere: hoc ad te pertinet, in te conuenit, à te postulatur, atque adeò, tanquam debita res igitur.

Son algunos de animo tan flaco que de nonada se espantan.

espantarse. *Multos ita pusilli, infirmiq; animi videas, inuenias, qui ad omnes casus extimescant, pertimescant, timeant, metuant, terreantur, deterreantur, perterreantur, timore commoueantur, metu perturbentur, afficiantur, timorem suscipiant: multos ob infirmitatem, imbecillitatem. tenuitatem animi, quilibet casus terret, deterret, perterret, perterre facit, metu afficit, perturbat, in timorem conijcit, ad timorem impellit.*

Parece que el negocio va bien.

esperança. *Hoc videor mihi esse consecutus, ut optimã spem habere, optimè sperare, optima spe niti possimus, eò rem perduxisse mihi videor; ut eventum sperare quàm secundissimum liceat. rem, ut opinior, ita constitui, in eo statu collocaui, in eum statum adduxi, ita composui, atque conformaui, nihil ut aduersum timere, nihil contra voluntatem. omnia secunda, qualia volumus, ex nostra voluntate, ex animi sententia sperare possimus: iacta sunt à nobis fundamenta*

re

rei, sic inquam, vt certa prope modum in spe reliqua sint.

Confio de veros hombre de gran virtud.

Spem affers eximiam summæ virtutis; facis vt me summam in spem eximiæ virtutis: facis vt sperē de tua virtute, eaq́ minimè vulgari: inclinat animus meus: à te videlicet impulsus, ad optimam spem tuæ virtutis eximiæ: es tu quidem apud me in eggregia spe virtutis propè singularis.

Mi esperança fue falsa.

Spes me fefellit: frustrata est, decepit, delusit; spē meam non is, quem volebam, exitus est consecutus, non successit, vt sperabam: nō processit ex animi sententia: aliter ac sperabam contigit, accidit, euenit: exitum res habuit contra spem, alienū à spe: inanē fuisse meam spem, exitus rei declarat.

Perdido an la esperança.

Ex magna spe deturbati, de iecti, detrusi, de pulsi iacent: ex alta spe deciderunt: spem illam, quām susceperant, abiecerunt, deposuerunt, omiserunt, spe nō tenentur vt antea, non alumtur? non eos, quæ antea spes tenet, pascit, alit, spes iam omnis abijt, discessit, euanuit, nulla prorsus iam est, firma se niti spe putabant, ea quam sit imbecilla, nunc intelligunt.

No veo causa por donde ayays de esperar.

Nō video cur speres, quare, quamobrem, quæ causa: qua de caussa, quam ob caussam, qua ratione addu

ctus, qua cōmotus caussa, quo impulsus argumento: quæ te ratio, quid rationibus banc spē adduxit, impulit cur in hanc spem venisti? quam rationē secutus es quæ te duxit, aut hortata spes est? quit effecit, vt sperares? tuæ spei caussam ignorare me confiteor, spei tuæ caussa me præterit, fugit, mihi quidem aperta, perspicua, manifesta, nota, satis clara non est, perobscura apud me est, explorata mihi nō est, obscuritatis apud me habet plurimum.

Esperar. Gran premio han de esperar los que viuē bien.

Præmiorum spe magnō, admodumq; firmaniti; possunt ij, quorum vita cū virtute traducitur: egregia præmia procerto expectare, sine dubio sibi polliçerē plane, sperare licet ijs, qui virtutem colunt, qui recte: atq; honeste & cum virtute vitam agunt, peragunt, ducunt, traducunt: viuunt: magna sunt recte agentibus præmia constituta, proposita, summa recte agentes maneat præmia: certum fructum boni colligente, capient, percipient forent suæ virtutis: probitatis officii optimorum consiliorum, atq; factorum: mercedem actionum suarum expectare certissimam possunt, qui virtutem in vita primam habuerūt, qui bus in vita virtus fuit antiquissima.

Espero que con vuestra Concordia vencceremos.

In vestra concordia spem maximam pono victoriæ, ex vestra concordia victoriam spero: vestra concordia victoriæ mihi spem affer, victoriam: vt spero, pro mea quidem spe: quantum quidem spero, nisi me spes fallit, vt animus meus auguratur, quemadmodum ipse mihi polliceor, victoriam pariet, afferet vestræ concordiæ fructus, nisi mea spes infirma prorsus est, erit victoria.

Por su virtud a alcançado ser ser franco de sisa, o alcauala. esento, o priuile giado.

Virtute sua consecutus est, nihil vt publice penderet fructum vt nullum publice penderet: vt vectigalis non esset, vt esset immunis, vt ex eorum numero, qui publice aliquid pendunt, eximeretur, nihil vt publicè solueret, vt esset expers eorum onerum, quæ publicè imponuntur: vt nullam pecuniam in commune conferret, vt publicis oneribus vacaret, tributum vt non esset, tributum vt nullum conferret.

Debelitado tengo el estomago, estoma go gastado.

Stomachus languet infirmus est, male se habet: stomachi virtus iacet, languet, debilitata est, imbecilla: imminuta, nulla prorsus, minime ad concoquendum apta lãguenti stomacho sum: infirmo imbecillo, male cõstituto: stomacho non vtor optimo: stomachus laborat, non est, qualem digerendi ratio requirit, qualem optima valetudo postulat.

Eſtropeçar. Quien ay quien no yerre eneſta vida.

Quis eſt, qui non offendat, non labatur in tan difficili, tamq́ lubrica rerum humanarum via? cui timenda offenſio non eſt? cui nam eff gere, ac vitare offenſionem licet? quis ad offenſionem præſtare ſibi quiddam poſſit?

Nunca te hartaras de eſtudiar.

eſtudiar mucho. *Numquam non legis, aſsidue, omnibus horis diu noctuq́, noctem cum die legendo coniungis, helluo librorum es, tua legendi ſitis numquam extinguitur, ſatiatur, expletur, totus in ſtudijs es, literis omnibus deditus es, numquam ſtudia intermittis, numquam te ſeiungis à ſtudio, libros de manibus numquam deponis, libros aſsidue in manibus habes, tractas, euoluis, lectitas, legendo conteris: modum in ſtudijs non tenes, non retines, non ſeruas, nullam agnoſcis, immoderate legis, non infra modum, ſed ſupra modum ſunt ſtudia tua. nimium te ſtudijs dediſti: nimium in ſtudijs operæ cõſumis, nimius eſt in ſtudijs: vſum ſtudiorum numquam dimittis.*

Yo ſolamente leo a Ciceron

Vni Ciceroni meum ſtudium dicaui: ad vnum Ciceronem meam opream contuli: meum in vno Cicerone ſtudium pono, conſumo, colloco: vni Ciceroni operam do: vnus me Cicero delectat: capit, tenet vnus mihi placet, vnius animum meum lectio paſcit, vni meam operam, mea ſtudia meas vigilias, dedi, tradi di, addixi, perpetuo dicatas eſſe volo.

Deſde niño me he ocupado eneſto.

Huic

Huic me doctrinæ a pueritia dedi, hæc me apuero doctrina delectauit, hanc ego doctrinam, hanc studiorum rationem, hec studiorum genus ab ineunte ætate sum secutus, meam operam ad hæc studia iam inde a puero contuli, in hoc studiorum genere cousūpsi collocaui, his dedi studiis, hæc studia à primis annis colui: huic literarū generi à teneris annis deuinctus fui: incubui puer in hæc studia,

De cada dia se me enciende mas el desseo de estudiar.

Studium quotidie magis ingrauescit: quotidie magis cupiditate studiorum incendor, meam studiorum cupiditatem dies auget, tantum ab est, vt meum studium dies imminuat, vt etiam augeat: incitor ad studia, quotidie magis studia complector, in studia incumbo: plus cotidie opera in studijs pono literis quotidie magis vtor. studiorum amore consuetudine: vsu, magis magisq́ capior in dies singulos.

Querria que tu estudiasses Philosophia.

Velim te ad eius scientiæ studium ad iungas, vnde nascitur atq́ alitur moderatio vitæ, vnde recta viuendi ratio, atque omnis ordo manat: velim te ad Philosophiam conferas, tuum studium applices: velim Philosophiam complectaris, Philosophiæ te dedas, tuam operam tradas, tuum studium dices.

Yo he començado de velar. o estudiar de noche.

Vigilare de noctè, noctu: per noctem, studiorum caussa cœpi, nocturnas vigilias, diurnum ad studiū

cœpi

cupi adiungere: diurno cum studio coniungere, ad studia iam etiam aliquantum noctis assumo,

Pienso que me dexare de estudiar.

Multam litteris salutem dicere in animo est: prorsus abijcere, studia cogito, seiungere me penitus, a studijs, vsum studiorum in perpetuum dimittere, minime de studijs in posterum laborare, meam operā meum tempus, meam industriam a studijs aliò traducere, transferre, conferre.

Boluere a estudiar como solia.

Ad nostra me studia referam: literarum studia repetam, deddam estudijs operas intermissas ad studiorum consuetudinem atque vsum redibo: pristina studia reuocabo, rursus ad studia me conferam: reuocabo me ad industriam, intermissa studiā repetam.

Tiempo es de Vacaciones, y de afloxar vn poco los estudios,

Feriari licet a studijs: postulat tempus, vt studia intermittantur: tempus fert, vt studiorum vsus paruumper demittatur, de ponere aliquanti per studiorum onus licet: omittere studia, leuare animum onere studiorum honestè possumus: licet animum à studijs abducere: vacatio datur à studiis, feria studiorū conceduntur.

En todo tiempo es prouechoso el estudiar.

Studia nunquam non prosunt, non vtilia sunt, non vtilitatem pariunt, non emolumento sunt, non fru

fructum ferunt, studiorum vtilitatem dies non im̃minuit, non terminatur spatio temporis, non diffinitur vlla die: perpetua est, eadem est inomni tempore vitæ pars, studiorum vtilitas, studiis secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur, a studiis delectatio petitur in secunda fortuna salus in aduersa studiorum tractatio nunquam non vtilis, nunquam est infructuose: habent studia quò iuuemur in omni vita in omni fortuna, in omni loco, Ecquando studiis non iuuamur? Ecquæ dies vtilitatẽ studiorum extinguit aut imminuit? de studiorum vtilitate nihil hominũ iniuria, nihil ne dies quidem ipsa de trabit,

Con liberalidad en ſalçaras tu fama. enſalçar.

Tuum nomen liberalitate extolles, efferes: tuam laudem excelso, sublimiq̃, in loco, atque in illustri quadam specula liberalitas constituet, collocabit: ad summam laudem, ad summa, ducem secutus liberalitatem, ducem, duce liberalitate peruenies,

Pocos eran los ſoldados de Ceſar, mas el esfuerço mucho.

Genere potius quam numero: firm un exercitum habeat Cæsar, frequentes admodum Cæsaris copiæ non erat, sed fortitudine præstabant, erat in castris Cessaris virtus, multitudo non erat non multum copia, frequentia, numero sed eorum virtute, robore, fortitudine, animi præstantia, corporis viribus valebat Cæsar: numero exigus erat exercito

Cæsaris exercitus, firmitate amplissimus.

Toda la gente de a Cauallo quedo muerta.

Omnes æquitum turmæ occidione occisæ, cæsæ, concisæ, trucidatæ, obtrumcatæ, profligatæ sunt.

Es hombre muy esperimentado.

experiencia. *Homo in rebus admodum versatus, magno rerum vsu, in rebus agendis exercitatus.*

Has que se conozca tu experiẽcia en hablar enel senado.

Fac in conueniendis Senatoribus tuum studium extent. imprensandis, appellandis, rogandis Senatoribus: adhibe studium ac diligentiam quàm licet maximam age diligenter cum Senatoribus.

Poco platico soys.

Rudis es, ab vsu rerum imperitus, experientia cares: vsum rerum ignoras, non satis es in tractandis rebus versatus,

Muy platico enla republica.

Vir clarissimus, spectantissimus, & in Repu. maximis, grauissimisq́ causis cognitus, atq́ imprimis probatus homo valde honoratus, multæ extimationis & auctoritatis, cui plurimum tribuitur, cuius est grauissima auctoritas, cuius sententia ac voluntas pondus habet: peritus administrandæ Reip. gnarus ac sciens tractandæ Reip. non parum versatus in pública re: minime omnium peregrinus in Rep. omnes Reip partes optimè teneus, minime omnium rudis in Rep.

Platico, o esperimentado, en sobornar.

Ambis,prensas,nullum in prensando studium, nullum officium prætermitis:tan prensas diligenter quam qui maxime:tua est diligentissima prensatio, in ambiendis hominibus nemo est vno te diligentior, nemo aptior,sed vereor,ne non succedat exitus,ne te fallat,spe ne frustreris,ne secus accidet, ne non ex animi tui sententia procedat,sucedat,cõtingat,eueniat.

De gran pesar enloquecio.

Ita insanit vi doloris,vt mentem rectam, animi sensum,rationem nunquam receperit, in perpetuum amiserit insaniæ morbo ita est affectus : immorbum insaniæ ita incidit,vt nunquam postea conualuerit, vt furorem nunquam de posuerit vt bonam mentem nunquam vocaberit,vt à fur ore,æ dementia nunquã se ad sanitatem retulerit,itadiscessit a mente,ita mẽtem perdidit,vt illum nemo postea rationepræditum viderit. enloquecer.

Gran consuelo sentireys si rebolueys en vuestra memoria lo que a otros como a vos a acaescido.

Si qua tui similibus viris in omni ætate acciderint isto tuo,tristissimo tempore colliges immemoriam rediges,reuocabis,mente comprehenderis,tecumreputabis, in animo volues,ipse tecum examinabis admodum iuuari te senties, non leue solatium capies,hec te valde cogitatio sustentabit in hæc tua tam graui, tam aduersa, tan misera,plane desperata estado.

fortu

fortuna: in hac non solum aduersa, verum penitus euersa fortuna: in tantis miseriis in tam misero rerũ statu tam miseris: temporibus: in ista, qualem ne mo vnquam sensit, infelicitate, nunc dum res tuæ pessime se habent, pessimo loco sunt, dum tecum pessime agitur dum tibi pessimè cum fortuna conuenit, dum tuæ fortunæ planè perditæ, ac nullæ sunt, dum te præmit infensa fortuna, dum te modis omnibus fortuna vexat, tibi negotium exhibet, molesta es grauis est, dum te suis viribus opugnandum machinas adhibet: atq; admouet.

El negocio esta eneste punto.

In hoc statu res est, rei status hic est: res ita se habet: ita res habet: eiusmodi res est: hac in re sunt, in caussa sunt, hoc loco res est,

De otra suerte van oy mis cosas que antes.

Alia mea ratio est, diuersa mea ratio est, meæ res alio loco sunt, non eadem mea ratio est: aliter se habẽt res meæ: nihil simile, nulla similitudo: quid simile: nihil habent res similitudinis, dissimilitudo magna, diuersa omnia, dissimilia, prorsus, alia.

Al tiempo que mas auiades de medrar, os an destruydo los contrarios.

Qui tempore florere debebas, debuit illustrior esse tua laus, altius ascendere, plus consequi dignitatis, maiorem obtinere existimationem, præstan

ftantiore esse loco,plus habere auctoritatis honestior esse,clarior esse,maior ac præstantior haberi debuisti:tum te tuorum inimicorum afflixit iniuria,perdidit,euertit omnibus fortunis,oppressit, ad exitium detrusit,impulit:non modo è numero viuentium , set planè infra mortuorum conditionem amandauit.

Vuestras cosas van como las mias.

Rerum mearum imaginem video in rebus tuis : planè res meas in tuis agnosco:res tuas nihil a meis intelligo differre,nihil discrepare,congruunt res tuæ cum meis,rerum nostrarum eadem ratio est, nulla dissimilitudo,qui tuas res intuetur,meas,intueri se dicet:tuæ res nihil differunt a meis,inter res nostras nihil interest,nihil est,quo res tuæ differant a meis.

Poco se me da que no me estimeys,o tenga ys en nada.

Facile patior te ita de me sentire,existimare, opinari,tuum hunc esse de me sensum, contemno tuā de me opinionem,sententiam,iudicium tuam de me sententiam inanem prorsus leuemque duco, parui est apud me tua de me sententia.

Esaminad en vosotros mismos la incōstācia dela fortuna.

Intendite animos v. ſtros,ipsi vobiscum consulite,inite consilia cum animis vestris,& quæ sit fortunæ vicissitudo,quæ mutatio,qui fluctus rerū humanarum,quam varia tempestate iactetur hominum vita , cogitate , animaduertite, attendite, examinar.

exa-

xaminate,perpendite,cum ratione,tamquam æquissima lance,diligenter æstimate,

F

Sõ tan importantes mis cartas q̃ no oso fiar las sino a persona conocida.

fiar cartas. *Eiusmodi sunt, eius generis:eius momenti meæ, litteræ vt eas nun audeam temere comitere:nõ eius generis,non eiusmodi sunt meæ literæ, vt eas audeã temere credere.*

Muy fuera de tiempo bolueys.

fuera de tiempo. *In alienum tempus cadit reditus tuus,non redis oportune:alieno tempore reuerteris:reuertende maturitas nondum aderat,non erat:cur hoc tempore tuum reditum minime tempus postulat,ratio temporis improbat:ac dissuadet:minime conuenit cum tẽpore tua reuersio,si temporis rationem spectasses:redeũdi consilium non cæpisses aut susceptum abiecisses, improbasses,vituperasses,reprehendisses,damnasses,impetum absurdum,auersum a ratione,plane stultum iudicasses.*

Buen principio has hecho de tu vida.

Fundamento bueno. *Optimum cursum cæpisti,rationem præclaram, iniuisti,optimam partem elegisti,sapienter vitam instituisti,cum te Deo addixisti.*

Facilmente sin trabajo,

facilmente. *Facile,non difficulter,non laboriose,paruo negotio,satis leuiter,qui sapientia valet,fortunæ resistit sapienti facile est:non difficile non laboriosum,operosum non est,negotij nihil est difficultatis,non est, la*

boris non est, difficilis operæ non est impetum fortu næ sustinere, tueri se ab iniurijs fortunæ,

Mentira es essa, falso.

Quid quid dicis falsum est. minime verum alienum seiunctum a veritate, abest a vero, aduersatus veri tati, mendacium est, falsa est omnis oratio tua: quid quid loqueris; falso loqueris.

Cada vno es obligado a buscar buena fama. Fama.

Id est vnicuique optandum, vt bene audiat, bene vt ei dicatur, honestam famam, egregium nomen, bo nam apud homines opinionem consequatur, vt eius nomem diuulget, peruulget, circumferat: circumges tet, per orbem terrarum dissipet, ad vltimas terrarũ partes, ad vltimas terras peruehat: vt eius nomẽ fa ma celebretur, omnium sermonibus extollatur, sit in ore omniũ vt nominis fama ad extremas terras peruadat, perueniat.

Si hazes como hasta oy, conseruaras tu buẽ na fama.

Si tuam consuetudinem tueberis, si, vt instituisti, perges, optima consequetur fama, hominum existimatio, præmium feres famam.

No ay hombre que tenga mas fama que vos.

Tua virtute: & magnitudine animi nihil est no bilius singularis in te laus ob tuam virtutem atqu animi præstantiam conferetur, maiorem aut virtu tis, aut præstantis animi opinionem apud homines plus

plus famæ consecutus est nemo.

Si acabays los libros que aueys començado, dexareys perpetua memoria.

Si tua scripta ad exitum perduces, perficies conficies, absolues, si tuis scriptis finem impones, extremam manum impones, perpetua erit, æterna, immortalis tua fama, numquam deficiet, consenescet, peribit, obscurabitur, extinguetur, delebitur, nulla dies tuam famam terminabit, nullum temporis spatium circunscribet, nulla vetustas corrumpet: vigebit in omnes annos tua fama: omnis te posteritas cognoscet, tuas laudes excipiet, ac tuebitur, nomen tuū immortalitati cōmēdabis, immortalitate donabis, immortalitatis præmia cōsequeris, nō simul cū corpore tuū nomen mors extinguet, delebit, auferet: tuum nomē ab interitu vindicabis, in hominum memoria retinebis, æterna laude illustrabit, decorabis, afficies, ornabis, de te posteritas omnis & audiet & loquetur.

Es muy faliar mio.

Familiar *Summus mihi cum eo intercedit vsus, summa familiaritas; arctissima necessitudine cōiuncti sumus, vinculis artissimæ familiaritatis adstricti sumus: vtor eo, isq́ me vicissim, valde familiaritate: nihil est nostra familiaritate coniunctius, alter alteri familiarè admodum sumus: mutua est inter nos, eaq́ summa familiaritas,*

Somos amigos de mucho tiempo.

familiaridad. *Multos annos vtor eo valde familiariter, magna mihi cum illo familiaritas, vsus, familiaris cōsuetudo*

do intercedit, mihi est familiaritate cōiunctißimus, nihil est nostra familiaritate cōiunctius, eo sic vtor vt nec familiariùs vllo, nec libentiùs: quotidiana mihi cum eo consuetudo est: ita mihi familiaris est, ut nihil esse poßit coniunctius: magno mihi familiaritatis usu coniunctus est, obstrictus est: amicitia nostra summam ad familiaritatem peruenit.

Vos teneys que sudar si esto emprendeys.

Si hoc suscipis, sumis, aggrederis, negotij multum habebis, feres laboris plurimum, rem difficilem, grauem, laboriosam, operosam, molestā in primis ac duram senties, experieris, cognosces, valde tibi erit elaborandum, magnus in te labor, graue onus incumbet oneris multum, laboris, molestiæ sustinebis. fatigarse

De gran fatiga e salido.

Perfectus sum labore grauißimo, leuatus sum, liberatus, exolutus, exemptus, labori finis impositus est, labor ad finem peruenit, terminatus est iam: me non urget, non premit, non vexat labor: labori grauißimo quies aliquando succeßit.

Mucho os fatigays en las letras.

Nimis elaboras, in vigilias, sudas, exerces te nimis immoderatè, supra modum, intēperanter in studijs: nimiùm laboriosè studia tractas, colis, exerces: sustines laboris plus, quàm satis est, in studijs exercēdis: sic elaboras in studijs, vt vires tuas imminuas, consumas, exhaurias debilites, infirmes, affligas.

As perdido el fauor del pueblo por culpa de los tuyos.

Factū

favor. *Factum est non tua sed tuorum culpa, vitiotuorum, non tuo contigit, vt populi studium, gratiam, beneuolentiam a miseris perdideris, vt e studio, gratia, beneuolentia populi exideris: vt populus non amplius tibi faueat, studeat, suffragetur: tui studio sus tibi amicus, bene inte sit animatus, studium populi, gratiam, beneuolentiam non tua sed tuorum iniuria tibi eripuit, ademit, abstulit: non per te, sed per tuos: non à te: sed à tuis, non tuo, sed tuorũ merito: iniuria tuorum potius quàm tua, effectum est, commissum est, vt populum tui studiosum bene inte animatum, tibi amicum iam non habeas, vt gratiosus apud populum, carus populo, in populi gratia minime sis, vt nullum populi studium, nullam gratiam, aut beneuolentiam teneas, obtineas, possideas, vt fauente populo suffragante benigno, tibi amico, bene erga te animato, tui studioso non vtaris: gratiã tuam apud populum non tua, sed tuorum culpa extinxit, ex amore populi effluxisti.*

Oy los mas ricos son mas fauorecidos.

Ea temporum ratio est, vt, qui plus opibus valent magis excellant gratia, gratiosiores sint: conferunt libenter homines sua studia in locu pletiores, diuitioribus fauent, student, suffragantur: præsto sum.

Fauoreceros he quando fuere menester.

Vbi se obtulerit occasio, mea in studia extrahũt mea in te studia conferam, ornabo te, omnia tibi studia præstabo, mea studia non desiderabis.

No ay que fiar en ninguno, por gran amigo que sea.

Nemini, vel summa necessitudine coniuncto, habenda fides est, nusquam tuta fides: cauendum est, ne cuiusquam fidei nos credamus, committamus, res nostras commendemus cautionis est, sapientiæ est, consilij est, nemini se credere, committere, nemini plane confidere, nullius in fide omnia statuere, ponere, collocare: quis est quem tibi fidũ præstare possis, cuius fide niti tuto possis, cuius incerta, dubia, infirma, fluxa fides non sit? Fiarse.

No se si sera la salida como la entrada.

Vtrum res eum finem, qui principio respondeat, à principio non dissentiat, non discripet, habitura sit ignoro: futurũ ne sit, ut extrema cum primis contexantur, coniungantur, extrema primis respondeant, consentiant, similia sint, non dispositio, quem sit exitum res habitura, similem ne an dissimilem principio, suspicari non possum. Fin.

No e tenido otro fin si no libertar la patria.

Nihil aliud à communi libertate, nihil præter communem libertatem quæsiui, curaui, secutus sum spectaui: ad unam ciuium libertatem meas curas intendi, cogitationes retuli, studia contuli: præter communem libertatem proposita mihi nulla res fuit.

Acâbo, rogando os me ameys.

Finem scribendi faciam, si te primum rogauero, ut me diligas: epistolæ clausula hæc erit, ut beneuolentiam in me tuam abs te petam: epistolam ita conclu-

dam:ita finem faciam,imponam.

Fingir. No es cosa de hombre de bien el fingir.

Virum bonum simulatio non decet,non cadit in virum bonum simulatio, ab omni simulandi studio uir bonus longè abest,non decet simulare, figmenta non probantur,aliud sentire,& loqui, non eius est, qui vir bonus haberi velit:viri boni non est fingere, artem simulandi qui sequitur,in bonorum numero non est,bonorum numero excluditur,longè à bonorũ consuetudine discedit.

No podre yo forçar a mi mismo para hablarle.

Forçar su volũtad *Vt illius vultum subeam,impetrare mihi non potero,impetrare à me non potero, adduci numquam potero,ipse mihi persuadere,animum inducere:animo vim inferre non potero.*

Vt illum adeam,ad illum accedam,ad illum,me cõferant,illum alloquar sermonem cum illo babeam,illius vultum subeam,a dduci numquam potero,impetrare à me non potero,imperare mihi non potero persuadere ipse mihi non potero: neq; adduci mea sponte,neque ulla impelli ratione potero,nihil mihi difficilius, laboriosius, molestius,nihil maioris negotij,quam ut cum illo sermonem iungam, ut illi sermonem dem.

Bien me parece que os aueys hecho mercader, pero aconsejo os, que no fieys de la fortuna..

fortuna. *Non improbo,non displicet mihi,tuum consilium*

non

non reprehendo, quòd ad mercaturam exercendam, negotia gerenda, adminiſtranda, ad negotiandum te contuleris, ad mercaturæ ſtudium adiunxeris, te tamen hortor, tibi ſuadeo, auctor tibi ſum, ne fortunæ fidem habeas, confidas, credas, ne te fortunæ committas, ne multum in fortuna ponas: ne fidam, ſtabilem firmam, conſtantem, certam fortunam ducas, ut à fortuna caueas, cautè agas cum fortuna, nimium tibi de fortuna pollicearis, ſpem in fortuna nullam reponas, conſtituas, ut fortunæ inſtabilitatem, leuitatem, incoſtantiam, varietatem, mutacionem, varios caſus, viciſsitudinem extimeſcas.

Si eſtâs proſpero no te faltaran amigos, pero ſi la fortnna ſe muda, todos te dexaran.

In proſpera, ſecunda, commoda, optima fortuna florentiſsimis, proſperis, optimis rebus tuis, ſi tibi fortuna ſuffragabitur fauebit, facilis erit, facilem ſe tibi, ac benignam præbebit, ſi tibi optimè cum fortuna conueniet, ſi fortuna uteris proſpera ſecunda, facili, benigna, ſi tibi erit optimè, ſi commodè tecum agetur, tranquillus erit rerum tuarum ſt. t ſ:res tibi ex voluntate fluent, commodis abundabis, amicorum multitudinem non deſiderabis. Sin ages infeliciter fortuna uteris aduerſa, tuis commodis, atque optatis aduerſabitur fortuna, inimicam fortunā experieris, tuis optatis fortuna non reſpondebit, malè tibi cum fortuna conueniet, malè tecum agetur, incommode tibi erit, caſus aliquis rerum tuarum

tran quillitatem perturbauit, perculsus fortunæ vi iacebis, languebis, iacebit fortuna tua: iacebunt res tuæ aliqua te premet, & vrgebit difficultas, infesta fortuna vteris, infesti, iniqua, aduersa, difficili, dura, acerba: parum prospera, parum secunda parum facili, parum benigna, tum amicos requires. amicorum in opia laborabis omnes te destituent, deserent: à te discissent, discendent: recedent.

Mucho me daña estar al fuego.

Fuego. *Igne vti sine valetudinis damno mihi non licet, si ad ignẽ accedo, obest valetudini, valetudinis cum detrimento sit, læditur valetudo, dãnum facit, infirmatur, incommodo afficitur.*

Muchas cosas se an quemado esta noche.

Hac nocte non mediocre excitatum est incẽdium vehemens ignis est accensus: ædes multæ conflagrarunt. combustæ sunt, igni corruptæ sunt consumpte, assumptæ, grauis admodum periculi, summi damni exorta flamma est.

Todas mis fuerças porne eneste negocio.

Fuerças *In arcem huius caussæ, in summam caussam totus inuadam, omni vi, toto pectore incumbam agam pro mea virili parte, pro mea parte, pro virili, pro viribus, omnibus neruis, omni meo studio, quantum est in me, quantum in me positum, in me situm, quoad possum, quãtum valeo, quantum quidem præstare it se possum, quantum consequi viribus licet, contendam omni, studio summè conabor, enitar omnibus tum animi, tum corporis viribus, conferan ad hanc*

ren omnes vires, omnia studia, quidquid erit in me industriæ, operæ: curæ, diligentiæ: minime parcam viribus elaborabo pro viribus, nullũ studium, nullã operam aut industriam prætermitam, dabo operam quantum in meerit, pro eo quod in me erit.

Las pocas fuerças que le quedauan, a empleado en destruyrme.

Fractam illam & debilitatam vim suam in me contulit, pro suarum virium infirmitate, imbecillitate, tenuitate, nihil non egit, mihi vt incommodaret obesset, damnum inferret, afferret, crearet, cunctis viribus, quæ illi supererant exiguæ infirmæ, imbecillæ, ad meam perniciem incubuit, vsus est.

Por mi aveys cobrado la antigua fuerça.

Ego te languentem, iacentem, malè affectum ad pristinam valetudinem, virtutemq́ reuocaui, meo beneficio pristinas vires recuperasti, recepisti, confirmatus es: factum est a me, vt ex morbo plane conualesceres, vt ex infirmo validus fieres, vt amissam valetudinem recuperares, vt instatum valetudinis pristinum, optimum restitueveris.

Por aver perdido el pleyto, se bolvio loco. furioso.

Quia caussa cecidit, litem perdidit, furere cœpit: ad insaniam, furorem, dementiam, amentiam redactus est, mente captus est, mentem a misit, mens cum reliquit, defecit, destituit, incidit in insaniæ morbum, prolapsus est in furorem, a se ipso discessit, à mente

discessit.

Proprio es de muchachos ser Glotones.

Gloton. *Puerorum hoc est, auidius appetere, ut ad appetendum procliuiores sint, ut eos ab appentendo ratio non satis arceat, contineat, ut in appetendo nimis efferantur, minimè sibi temperent, sibi moderentur, sibi parcant.*

Muchos daños causa la guerra.

guerra. *Multa damna, eaq; grauia, bellum creat, infert, importat, multis, & grauibus damnis, bellum regiones afficit: vehementer bellum regiones vastat, vexat, affligit, corrumpit: deijcit, prosternit, opprimit, perdit bellum regiones, corrumpit omnia, perdit omnia, quasi flama urit, & consumit omnia: nulla calamitas est, nullum exitum, nihil tam durum, tā acerbum, quod in bello regiones non sentiant, experiantur, ferant, sustineant, perpetiantur: ec quod infortunium est, ecquæ calamitas, acerbitas, diritas, quæ non ex bello nascatur, oriatur, creetur: nullius mali expers est, nulla vacat calamitate regio illa, in qua bellum geritur, perculsa bello, atq; prostrata iacent omnia: inuehitur bello quid iam excogitari potest.*

Començar la guerra muchas vezes es necedad, pero alcançar la victoria, no solamente es ventura, mas de gran valor.

Bellum suscipere, inire, inferre, mouere, ad bellum aggredi, arma capere, ire ad arma. sæpe temeritatis est, conficere autem, perficere, absoluere, restinguere

ad

ad exitum feliciter perducere, victoria terminare, optato exitu concludere, non fortunæ solum, sed virtutis etiam est argumentum: qui bellum suscipit, is temere sæpe facit, temerario impellitur consilio, temeritatis impulsu peccat: qui vero belli extrema delet, bello finem imponit, finem facit, finem statuit, belli reliquias aufert, conficit, delet, non fortunæ solum, sed virtuti quoque acceptum refferre debet.

Lepidô renouo la guerra ciuil, que estaua ya apaziguada.

Lepidus bellum ciuile inter ciues renouauit, redintegrauit, suscitauit, iam extinctum, inflamauit iam restinctum rursus excitauit, denuo commouit, conflauit, nouo bello ciues implicauit, ciues in bellum denuo coniecit, magnis belli fluctibus obiecit, ex presenti tranquilitate magnas belli tempestates, commouit, excitauit.

Teme se vna gran guerra.

Belli magni timor impendet: res ad arma spectat: graue bellum in metu est: versamur in timore magni belli: aduentare, appropinquare, adesse iam grave bellum videtur: graue bellum timemus, metuimus, formidamus, extimescimus, pertimescimus.

Quien podria por rico que fuesse, sustentar tan gran gasto.

Quis ita firmus ab opibus est, ut sustinere sum-

ptum poßit? cuius diuitiæ sumptui pares esse poßint ferendo sumptui quis sit? tantam impensam quis sus tieneat? ita magni sumptus fiunt, vt ferri n poßint ita grauis est impensa, vt debilitare at que opprime re quemuis poßit: non est is sumptus, qui ferri poßit supra modum immoderatus est.

Muchos con desseo de ganar, toman officio de Abogados.

ganar, o ganãcia, *In forum multi veniunt, vt lucri plurimum faciant vt, lucrentur plurimum, vt quæstus maximos faciant, lucri cupiditate adducti, lucelli ducedine illecti, lucrum spectantes lucrum secuti, lucro cõmoti, lucri spe, multos in forum lucricupiditas adducit ad agendas causas impellit, facit augẽdæ rei cupiditas, ditandi spes, congcrendarum opum, comparandarum diuitiarum, pecuniæ colligendæ, ut in forum se conferant, vt vocem in quæstum conferant: vt agendis caußis se dent, vt industriam suam in agendis caußis exerceant.*

Rico se hizo, pero no con onra, ni concienCia.

Quæstus maximos, sed turpißimos fecit, rem fecit turpißime, diuitias quæsiuit malis artibus multum ille quidem, sed in honestè, sordidè, parum laudabiliter cũ dedecore lucratus est, cũ infamia lucrum secutus est, tanti lucrũ fecit, ea cupiditate ad lucrũ incubuit, ut expetendum sibi vel cum dedecore,

cum

cum infamia, turpi cum fama existimauerit.

El capitan a dexado los propositos de guerra.

Omnem cogitationem, omnia consilia, mentē prorsus omnem à bellis auocauit, abduxit Imperator, is, qui nomine Imperatoris insignitur, Imperatoris titulo decoratur, Imperatoris eximia dignitate fungitur imperium in omnes habet cuius imperium est, cui potestas est, atque ius imperandi. General del exercito.

No creereys quan poderosas son estas vādas de Cauallos.

Vix credas, quantum in prælio valeat, hæc equitum turma, quam firma sit, cuius roboris, quorū neruorū hæc equitūturma hæc equitatu hac equitū manu, noli putare quid quā acrius, aut pugnacius esse. Gente đ acauallo

La gloria siempre acompaña la virtud.

Gloria comitatur virtutem, virtutis comes est, virtutem sequitur, cum virtute coniuncta, ad virtutem adiuncta, nascitur à virtute, oritur ex virtute, manat, proficiscitur à virtute, virtus gloriam parit, largitur, affert, ad gloriam ducit. Gloria.

Los trabajos que agora padesces te daran fama immortal.

Quos nunc suscipis labores, ij te apud posteros æterna gloria donabunt, afficient, illustrabunt, ornabunt, decorabunt, tuum nomen immortalitati commendabunt, ab hominum obliuione, tui nominis famam in omnia secula dissipabunt, posteritati tradēt omnium sermonibus & scriptis exornādum, extolē

dum.celebrandum,honeſtandum.tuendum: conſequeris tuis laboribus ne qua dies tui nominis famã delere poßit,ut omnis de te poſteritas loquatur, nulla tuas laudes literæ taceant,de tuis laudibus conticeſcant.

Dende niño fuiſte amigo de gloria.

Inflammatus ad gloriam à puero fuiſti: iam inde à pueritia gloriæ ſtudio,atq; amore flagrabas ſpectaſti gloriam ante omnes res à primis annis: tibi erat gloria omnium rerum antiquißima, in animo erat,in oculis erat,in amoribus erat,in delicijs erat.

Si vos tratarades mis coſas,mejor me ſucedieran.

Res meæ bene & ex ſententia ſucceßiſſent, proſperè cecidiſſent, nihil in rebus meis accidiſſet incommodè,ſi tu eas geßiſſes,adminiſtraſſes, tractaſſes, curaſſes,procuraſſes,ſi rebus meis præfuiſſes,operam dediſſes, ſi rerum mearum,fortunarum cura penes te fuiſſet,ad te pertinuiſſet ſi tua in rebus meis opera vſus eſſem,ſi rationes meæ te curatorem procuratorem habuiſſent.

Gouernar.

Han me dicho que ſoys gouernador de Milan con poder pleniſsimo.

Audio te Mediolanum ſummo cum imperio obtinere,tuam eſſe ſummam poteſtatem,ſummum ius in adminiſtrãdis Mediolani rebus præeſſe te Mediolano eo iure,quod ampliſsimum eſſe poteſt,ea poteſtate,quæ poteſt eſſe maxima : ita te Mediolanum regere,ut ſummo utaris imperio : liceat tibi quid

quid velis.

Yo gouierno la prouincia de vn modo, y el de otro.

Dissentimus in regenda provincia: in administratione prouinciæ diuersa est utriusque ratio: non eadem sunt utrisque instituta: longè distat ab illius institutis mea consuetudo: aliud ille spectat, aliud ego sequor. institutorum nostrorum dissimilis, diuersa ratio est.

E acabado el tiempo de mi gouernacion.

Annum administrationis meæ, tempus confeci. absolui: decurri, emeritæ mihi sunt annuæ operæ. emeritum annuum tempus: perfunctus sum annuo munere: dies annua præterijt, abijt: annui imperij finem attigi, ad finem perueni.

E tenido muy grandes cargos.

Gessi maxima imperia, sustinui, administraui maximas res, summis rebus præfui, summa mihi commissa sunt imperia, credita, mandata, tradita: curam gessi rerum maximarum: amplissimo imperio non semel usus sum: magno sæpe cum imperio fui.

Es tan gracioso que a cada palabra haze reyr.

Dicta dicit eiusmodi, ijs utitur dictis, ita facetijs valet, ita bellè, scitè, venustè, argutè, ingeniosè, festiuè, lepidè iocatur, ut singulis verbis risum excitet, commoveat, faciat, ut audientes mira volup- Gracioso.

tate perfundat,eius dictis,facetijs.iocationibus mirè capiuntur omnes.

Ya se en que grado y lugar le teneys.

Noui locum,quem tenet apud te : noui quo sit apud te loco,qui sit apud te,quanti eum facias.

No estan las letras enel grado que merecen.

Grado. *Non,vt deberet,honestæ sunt,non,quanti deberet:æstimatur,non quo deberet,quo æquum esset lo co sunt,non:quem deberent,locum obtinent,non admodum in honore sunt,dignitatis,existimationis, honoris,loci non habent satis,exigui pretij sunt,parui, sunt:haud magni putantur bonæ artes,bonis artibus honor no est,locus nō est,honor non tribuitur:bonæ artes honore vacant dignitate carent,non coluntur, iacent,minimè vigent,spernuntur,negliguntur, contemnuntur.*

Grande. Dizen que los Gigantes son de inusitada grandeza,

Maximi inter ceteros homines feruntur esse gigantes,extra ordinaria,inusitata,immensa magnitudine,magnitudinis immensæ,vastissima sunt gigantum corpora,horribili magnitudine,non sunt gigantes cum ceteris hominibus corporis magnitudine conferendi:nemo nostrum est,qui gigantes magnitudine adæquet,qui gigantum magnitudinem æquè assequatur,qui gigantibus par sit,excellūt gigātes magnitudine inter homines reliquos,ceteris hominibus, præstant,antecellunt : gigantum magnitudo caret exemplo,extra ordinem est,præter naturæ morem ,

va

vastior est, quam mos naturæ ferat.

Gran honrra gano en aquel cargo.

Summam ex eo munere laudem, eximiam, egregiam, miram, mirificam, insignem, immensam, singularẽ vnicam, incridibilẽ, excellentem, præstãtissimã amplissimam, æternam, sempiternam immortalem, non mediocrem, non vulgarem consecutus est, adeptus est, obtinuit, tulit, quæsiuit sibi peperit, comparauit.

No podia vuestro padre poner mayor feruor. gran feruor.

Pater tuus ita contendit, vt nihil vmquam magis.

Con gran instancia me pediste.

Singulari studio contendisti a me.

Despues lo emprendio Cesar muy de veras.

Cæsaris postea mira contentio est consecuta:: quo maximè potui studio Cæsar incumbuit, enixus est, laborauit.

Regalada vida es la del Cortijo.

Ruri esse, ruri habitare, rus colere, rusticari, cũ rusticis esse, in agris esse rusticam vitam agere periucundum est, delectat in primis, iucunditatem habet summæ voluptatis est, male affectum animũ recreat mœrorem fugat, mœroris medicina est. granja o cortijo.

Esto pesa mucho, es de gran peso. graueda cosa pesada.

Grauis admodum hæc res est, grauitatis, ponderis habet multum, minime leuis est, in est in hac regrauitatis, ponderisq́, multum, non mediocre pondus.

Siem

Siempre lo he conoscido por graue, y hombre verdadero.

Graue-dad o auctoridad. *Hominem grauem, certum, minimè mendacé minimè falsum, studiosum veritatis cognovi, expertus sum, nihil in eo leuitatis, aut inconstantiæ, nihil inane, varium, mutabile, inconstans, nullam animi firmitatem, nullam sententiæ varietatem, nullam consilij mutationem deprehendi: magna præditum grauitate semper cognoui: is mihi semper visus est, qui sibi optimè constet, nihil leve comittat: nihil inane cogitet, non facilè discedat à seipso, ægrè discedat à sententia, mutet consilium, susceptam opinionem abijciat, sensum deponat, de suo statu demigret: quē nulla res facilè abducat, avellat à sententia, cuius mentem hùc & illùc, in hanc, aut in illam partem, in quam velis partem, utram in partem velis, non facile flectas, ægrè traducas, cum labore torqueas: alieno tempore nihil loquitur, nihil agit ineptè, nihil non loco: idem ei vultus in omni re, eadem in omni fortuna mens est.*

Esta demasiado gordo, señal de poco ingenio.

gruesso. *Pinguis est, obesus est, pinguedine diffluit extra modum: quod hebetis, tardi stupidi ingenij signum est: quod ingenij tarditatem arguit: qui potest in tāto abdomine, in tam vasta corporis mole, spiritus locum habere, ingenio, aut menti locus esse, ex illa pinguedine, illo abdomine, illo sumine nobiles, elegātes, præclaræ cognitiones minimè excitantur.*

El bu-

H

El hablo muy mal y contra honra vuestra.

Acerba nimis, aduersus tuam dignitatem eius oratio fuit, in honestè admodum de te locutus est: grauissimè tuam dignitatem oppugnauit: locutus est in te sic, ut acerbius, aut inhonestius non potuerit. Hablar, cõtra la honrra.

Iamas te hartaras de estudiar.

Numquam te explent studia: tua numquam expletur, aut satiatur studiorum sitis, nimius est in studijs, nimium te studijs dedisti: prætermodum, supra modum, parum modice, immoderatè, nimis immoderate, sine modo, nimis intemperanter studia colis, tractas, exerces: nimia studiorum cupuditate flagras: te studiorum amor, & consuetudo nimium tenet. Hartar,

No te detengas si crees poder alcãçar aquel reyno.

Si exploratum tibi est, posse te illius regni potiri, non est cunctandum regnum illud obtinere, producenda res non est, protrahenda, differenda non est, mora facienda nulla est, interponenda non est, immorandum non est, omnis tollenda mora, languor omnis abijciendus. hazerse. señorde algun a cosa,

Hare que Francisco sea de vuestro vando.

Dabo operam, ut Francisci animum ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducã, conuer Hazer q̃ sea desu, parte.

conuertam, vt Franciſcus omnia ſua ſtudia tuam ad dignitatem conferat, tua in dignitate figat, locet, ſtatuat, ponat, tuæ dignitati dicet, dicata velit aſsignet, dedat.

Yo he libertado la patria.

Patriam ſeruaui: patriam ab exitio vindicaui: patriæ incendium extinxi: ſalutem attuli, peperi, dedi patria, opera mea patria ſtat, cadentem patriam ſuſtinui, labantem confirmaui, labentem excepi: ego ſolus patria fui: me ſalutem accepit patria: patriã ab exitio, a pernicie, ab interitu, a peſte eripui, liberaui tutatus ſum: patriæ mala ſanaui: patriæ ſalutem attulit: in columitatem peperi, peſtẽ abſtuli grauiter laboranti patriæ opem tuli.

De eſto e hablado largamente con vueſtro hermano.

Hablar *Hac de re cum tuo fratre multa verba feci, ſatis prolixe ſum locutus: lõgũ habui ſermonẽ, multis verbis egi, lõgã habui orationem: oratio mihi cũ tuo fratre fuit vberrima.*

No ſufre nueſtra amiſtad que en pedir yo eſto, gaſte muchas palabras.

Hablar poco. *Pluribus tecum agere non debeo longiorem orationem tua non expectat humanitas, non patitur, non fert, non ſuſtinet, reijcit, recuſat: renuit, reſpuit: amicitia noſtra minime patitur, vt te pluribus rogem.*

Ha parado eñſto Vino a tal eſtado, que no alcançaua vn pan.

In eum locum deductus est, eò de venit, eò redactus est miseriarum, in eas coniectus est angustias, eò redactæ sunt fortunæ suæ, eò est à fortuna deiectus, detrusus, deturbatus, eò cecidit, ut unde viueret, nō haberet, ut ei ad victum necessaria minimè suppeterent, ut inopia premeretur earum rerum, sine quibus, vix, aut ne vix quidem hominum vita sustentatur, ut ea desideraret, ea requireret, quæ vivendi necessitas postulat, atque exigit, ut ijs rebus destitueretur, careret, abijs esset rebus imperatus, earum rerum esset inops, abijs rebus inops, egens ea illi deessent, ea illum dificerent, eorum rerum inopia laboraret, sine quibus ægre vivitur, vel potiùs nullo modo vivitur.

A parado eneſto.

Con vueſtras hazañas ſe an esforçado los couardes.

hazañas

Tua præclara facta, actiones egregiæ, tuæ res gestæ, ea, quæ gessisti, quæ tuæ signa virtutis ostendisti virtus re perspicta, perspecuis testata signis, præclaris factis declarata excitauit eos ; qui antea timore perculsi iacebant, animos à metu ad spem reuocauit retulit, reduxit, transtulit.

En todas vueſtras coſas aueys mirado la honra, y hecho lo que deueys.

Hazerlo q̄ deuemos

Nihil fecisti, niſi planiſsimum ampliſsimæ dignitatis, omnia tua facta cum dignitate vehementer cō sentiunt: in omnibus rebus maximè dignitatem spectasti, in omnibus tuis factis proposita tibi dignitas fuit: omnia tua facta ad dignitatem retulisti: quecū

que egisti, ad dignitatem omnia spectauerunt: gloria tibi semper prima fuit, antiquissima fuit, maximi fuit ante omnia, summo locō, primum apud te locum obtinuit scopus tibi ac finis in omni re dignitas fuit, tua sunt eiusmodi facta, ut eximijs ornāda praeconijs, diuinis decoranda laudibus, tollenda ad astra, ad cœlum efferenda videantur, tuis omnibus factis æterna gloria, immortalitatisq́, præmia debentur.

Este tiempo nos fuerça que hagamos caso del dinero.

hazer caso.

His temporibus magni faciendæ, pendendæ, æstimandæ diuitiæ sunt: commendat nobis rem familiarem temporum ratio: ea ratio temporum est, ut plurimum diuitijs tribuendum videatur, ut diuitias nō in postremis habere debeamus, non ultimo loco ponere, non in minimis ducere, constituere, locare.

Por lo que yo hago caso de ti, te lo encomiendo.

Pro eo, quanti te facio, quanti es apud me, quanta mea est erga te obseruantia, quantum tibi tribuo, tibi defero, pro mea de te opinione, pro animo, voluntate, studio in te meo, peto à te, ut hominem suscipias complectare, foueas, in tuis habeas.

Mucho caso an hecho de vuestro parecer los hombres sabios.

Tua sententia magnum apud eos, qui rectè iudicant pondus habet: plurimi est apud intelligentes opinio tua, sensus tuus, iudicium tuum, id quod tu probas,

bas,id quod placere tibi sentiunt quod tu esse optimum censes, quod testimonio tuo confirmatur: grauis est,magni momenti est,minimè leuis est, magni ducitur,auctoritatis habet plurimum,non vulgarem obtinet locum apud sapientes opinio tua.

Estimo mas tu conuersacion que todas las riquezas del mundo.

Omnes omnium diuitias cum nostris sermonibus non confero: pluris apud me sermones nostri, quam omnes diuitiæ sunt,sordent apud me præ nostris sermonibus omnibus diuitiæ: sit modo sermonum copia nostrorum: thesauros omnes contemno,reijcio.

Auemos de seguir la virtud,de modo que la salud no oluidemos.

Ita sequi virtutem debemus,ut valetudinem non in postremis ponamus,valetudinis cum virtute ducenda ratio est:sic ad studia debemus incumbere, ne valetudo negligatur,plurimum uirtuti: aliquid tamen valetudini tribuatur.spectanda virtus est,cum eo tamen,ne despiciatur valetudo,excubare virtutis in studio præclarum est:in dormire tamen valetudini minime debemus: excolatur animus virtutibus,nō nihil tamen corpori seruiatur.

Mucho caso hazia M.Tulio de Platon.

Platonem Cicero vehementer auctorem sequebatur, Platoni tribuebat plurimum, summam fidem habebat, planè credebat, ut oraculo credebat:

Platonem habebat eximium singularis erat apud Ciceronem Platonis auctoritas: errare Cicero cum Platonem abebam, quàm cum alijs bene sentire: plurimi apud Ciceronem erat Plato faciebat pluris neminem plus apud eum ponderis habebat nemo.

Ninguna cosa e estimado tanto como el biẽ comun.

Nihil antiquius communi salute, ac libertate indicaui: omnium rerum mihi prima fuit publica salus, ac libertas: communi salute, ac libertate nihil mihi fuit potius: omnia sum aspernatus præ communi salute, ac libertate: pluris apud me, quàm omnes res uniuersorum salus, ac libertas fuit: nulla de re tantum, quantùm de communi salute, ãc libertate, laboraui salutem publicam, ac libertatem rebus omnibus antepofui, præposui prætuli, curæ mihi fuit salus, ac libertas publica, sic, ut nulla res æque.

Vos os teneys en mucho.

Nimium tibi tribuis: nimium tibi arrogas, nimium tibi assumis, nimiùm te effers. nimiùm tibi places, assentaris ipse tibi, te amas, cum de te iudicas, non rationem, non veritatem consulis, largiris ipse tibi plus, quam veritas concedat, plusquam veritati.

Mucho caso hazen de vos enla patria.

Vales auctoritate apud tuos ciues, tui te ciues magnifaciunt, magnus es, honoratus, clarus apud tuos ciues: multum tibi ciues tui deferunt patria tua tãtum tribuit, quantum te fortasse nemini, atq; adeò quàntum prorsus nemini.

Querria

Querria que alabasses mis libros (aunque no te agradan) por hazerme plazer.

Meis libris velim, si minus ex animo potest, gratiæ salutem caussa suffragaremeis libris, si minus iudicij, at gratiæ salutem caussa faueas, quod obtinere à iudicio tuo fortasse non possum, impetrem ab amore, ut mea scripta probes, commodes, tueare, quod veritati non potes, amori tribue, ut mea scripta tuo testimonio subleues, tua commendatione exornes, honestes, in honorem adducas. Hazer plazer.

Desseo hazeros seruicio.

Cupio, volo non solum tua, verùm etiam tuorum amicorũ caussa: studeo aliquid agere, quod tibi amicisq́ tuis gratum sit, gratum ac iucundum accidat, placeat, satisfaciat: inire gratiam et apud te, et apud amicos tuos ex aliqua re vilim: opto gratificari, rem gratiam facere, aliquid efficere, aliquid præstare tua tuorumq́ amicorum caussa, ex quo tu, & amici tui voluptatem, iucunditatẽ, lætitiam capiant, sumant, hauriant, colligant.

Nunca me aueys hecho bien.

Non valdè de me meritus es, non magna in me beneficia contulisti: grauia non sunt, exigui momenti, parui ponderis ea, quæ mea caussa fecisti beneficium: vel à te nullum accepi, vel accepi minimum exigua sunt, quæ apud me beneficia collocasti, posui sti: non magnis à te sum affectus beneficijs: beneficia tibi debeo non ita magna: obligasti, me obstrinxisti mediocribus officijs. Hazer buena obra,

Desseo hazeros seruicio, y a cosas vuestras.

azer algun seruicio. *Volo cupio non solùm tua : verùm etiam eorum, qui à te diliguntur caussa, cupio rem gratam facere gratificari, seruire, non solùm tibi, verùm etiam amicis tuis, servire voluntati, & commodo non solùm tuo, verùm etiam amicorum tuorum, inire gratiam officijs meis non a te modò, verùm etiam ab amicis tuis: tuam, amicorumq́ tuorum officijs meis gratiam quæro præstare aliquid, efficere, nauare, quod tibi, amicisq́ tuis gratum sit, placeat, sati faciat, volupta tem, iucunditatem, lætitiam afferat, valde velim.*

Hare por vos lo que pudiere.

Nihil non agã tua caussa: nullũ pro te laborẽ, nullũ onus, aut officium recusabo, subibo omnia tua caussa: tuis in rebus toto pectore, cunctis vicibus contendam neruos omnes, ubi res tuæ postulabunt, intendam, omnia mihi pro te suscepta, nec difficilia, & iucunda erunt: mea tibi studia atque officia presto erunt.

Vuestro padre gano la hazienda con buena conciencia.

haziẽda. *Pater tuus opes, diuitias, rem, ea quæ tu possides, quæ tibi reliquit: bonis artibus, honestis rationibus, laudabiliter, honestè, bona quæsiuit, collegit, at tu malis artibus, improbis rationibus, inhoneste, turpiter, per nequitiam, per luxum, ac libidinem patrimoniũ ex hauris, dissipas, consumis, perdis, male perdis, disperdis.*

Malamente fue herido en aquella batalla.

In illa pugna, illo certamine grauiter vulneratus est, percussus est, grave vulnus accepit, tulit, plagam accepit: gravi vulnere est affectus. herir.

No creo escapara, segun tiene la cuchillada mortal.

Futurum non spero, ut ex hoc vulnere conualescat: eiusmodi vulnus est, ut sanari non possit, ut salus desperanda videatur, ut spes salutis nulla supersit, ut medicinæ non sit locus.

Huuo enella muchos hijos.

Multos ex ea filios genuit, suscepit, tulit, complures ex ea filij nati sunt filios ei peperit multos: ita se cunda uxore usus est, ut filijs auctus sit multis, ut filiorum multitudine abundauerit. hijo.

Mucho alegran al padre los hijos bien criados.

Magnam voluptatem è moribus filiorum pater suscipit: magna voluptate patrem afficiunt benemorati liberi: magnæ voluptati sunt parenti qui moribus excellũt filij: capit ex honestis filiorum moribus voluptatem summam, ac lætitiam pater.

Honradamente se a regido enel cargo de Ædil.

Magnificentissimo perfunctus est munere Aedilitatis, præclarè se tractavit in Aedilitatis munere, Aedilitatem summa cum laude gessit: nihil fecit non egregiè, iustitiæ laude præstitit specimem dedit hizo bi[en] su oficio

minimè dubium virtutum suarum. Ædilem se præbuit egregium, præstitit, ostendit, summam ex Aedilitate laudem est consecutus: sibi comparauit, sibi peperit, cepit, tulit, retulit.

holgarse Mucho me huelgo enla heredad.

Otium et quies rustica mirum in modum me delectat, oblectat, recreat, reficit, afficit, capit, delectationem mihi affert, voluptatem, iucunditatem, hilaritatem, gaudium, lætitiam, delectationi est, delectatione me afficit: rus animo meo iucundissimum est, rure rusticoq; otio delector, mirè pascor, delectationem, voluptatem, iucunditatem ex rure capio, percipio, suscipio otio illo atque illa quiete, quã rustica parit habitatio, libentissimè fruor, si ulla re, otio, capior, & quiete rustica animus meus voluptate perfunditur, expletur ex otio rustico.

Mas auemos de estimar la honra que el prouecho.

Onesto. *Honestum utili præferendum, præponendum, anteponendum, debemus honestum spectare, colere, diligere, curare, sequi magis, quàm vtile, pluris, quàm utile æstimare, facere, pendere: putare, reputare, ducere, de honesto potius quàm de utili, laborare, cogitare, curam gerere, propositum habere honestum, potius quàm utile nostra consilia, studia, cogitata, intendere, dirigere: antiquior, potior, prior nobis debet esse de honesto cura, quàm de utili: utile contemni præ honesto deeet: in nostris consilijs, & cogitationibus plus honesto, quàm utili, debet esse loci: spectare*

ho-

honestum potius, quàm utile, conferri, referri ad honestum potius, quàm ad utile, nostra consilia, nostra studia, nostra debet industria, maiorem decet honesti rationem habere, ducere, quàm vtilitatis.

No es bien oluidaros de vuestro padre viejo y pobre.

Deseri a te, destitui patrem: tot affectum incommodis, inopiæ, valetudinis, senectutis, minime honestum est, haud æquum est, haud par est, minimè rationi consentaneum est, non decet, non conuenit, nõ oportet, ius non est, fas non est, nefas est, iniquum est flagitium est, criminus est, turpe est, ut parentem deseras afflictum inopia, morbo, senectute, in summis constitutum difficultatibus, inopiæ, valetudinis, senectutis; honestum non fert, non patitur, ratio non concedit, non permittit: si patrem destitues, culpam commites, flagitium facies, flagitiose facies, inique, iniustè, inhoneste, turpiter, improbe, præter honestũ æquum, ius, contra honestum, æquum, ius, non ut honestum suadet, non ut æquum est, ius est, par est, decet, conuenit.

Aunque os conozco incõstante enla amistad procuraros e toda honra.

Et si te in tuenda, colenda, conseruanda amicitia satis leuem, parum constantem minus firmum cognoui, ame tamen omnia in te ornamenta proficiscentur: nullum in te ornãdo, honestando, colendo, locũ, aut tempus, nullum studij genus, officij, obseruantiæ prætermittam: fauebo tuæ dignitati: existimationi Honra.

honori, nullo non loco, nullo non tempore, quibuscunque rebus potero, conferam, referam, intendam ad honorem, ac dignitatem tuam omnia mea studia, officia omnem industriam, curam, operam, diligentiam: figam, & locabo in tua dignitate omnia mea studia: augebitur, amplificabitur meo studio tua dignitas, accessio tibi dignitates meo studio fiet: tuæ dignitatis accessiones meo studio cõsequeris: meum studium honori tuo nullo loco deerit.

Duelome que os menoscaben la honra.

Violari tuum dignitatem, imminui, offendi, lædi oppugnari, damno affici, iniurias pati, detrahi, de tua dignitate minui, adimi, auferri, iacturam fieri tuæ dignitatis, iniquè patior.

Huelgome del acrecentamiento, de tu haziẽda y honra.

Lætor, quod magnas tibi tum fortunæ, tum dignitatis accessiones video esse factas: multum, & ad fortunam, & dignitatẽ accessisse, additum esse, tum fortunam, tum dignitatem tuam magno pere creuisse, auctam esse, amplificatam esse, valde fortuna simul, & dignitate auctum, quòd tua sit dignitas illustrior, domestica res amplior quòd & honore magis, quàm antea florere, & abundare cœperis fortunæ bonis, vehementer gaudeo.

Ten en todas tus cosas la honra delante tus ojos.

Hoc primùm te moneo, ut referas omnia ad dignitatem, propositum decus tibi sit ante omnia, dignitati ser

ti, seruias, dignitatem spectes, sequaris, dignitatis rationem habeas, nihil cogites à dignitate seiunctum nihil alienum à dignitate, nihil non cum dignitate coniunctum, tuorum consiliorum, tuarum actionum finis, terminis, scopus honor sit, prima tibi sit, præcipua, antiquißima dignitatis cura.

Si profigues como as començado feras muy principal enesta ciudad.

Si, vt instituisti, perges: si cursum institutum tenebis, si tuam cõsuetudinem seruauis, omnia quæ sunt in Rep. amplißima, consequeris: præmium feres tuæ virtutis eximios honores: ad summos honores, ad ea quæ summa sunt in Rep. tua te virtus efferet, extollet, merces tuorum meritorum erit amplißima dignitas: aditum tibi ad maximos honores aperies, patefacies, viam strues, munies, honorem in Reip. nullum frustra petes, multi etiam non petenti ultro deferentur.

La pobreza muchas vezes nos impide alcançar honra.

Sæpe facit inopia ut honores consequi non liceat: prohibet, arcet, summouet ab honoribus rei familiaris inopia: impedimento egestas est, quominus ad ea, quæ sunt in ciuitate amplißima, liceat peruenire, aditum ad honores intercludit rei domesticæ difficultas: euntibus ad honores magnas difficultate obijcit, magna impedimenta opponit, viam obstruit, obuiam it, occurrit inopia imparatis à re

domes-

domestica honores obtinere non facilè est, multi negotij, magni operis est: honorum cursum impedit, interrumpis egestas, egentibus non facilis est, non expeditus honorum cursus, non patent honores inopia.

Bien me agrada vuestra platica, que onrays mas al virtuoso que al rico.

Honrar. *Placet mihi, probatur, valde satisfacit mos, & consuetudo tua, laudem tuæ consuetudini tribuo: quòd eos colas, verearis, obserues, in honore habeas, honore, obseruantia, studio prosequaris, honore afficias, obseruantia colas, quòd ijs honorem habeas, tribuas, præstes, obseruantiam, ac studium præstes, qui virtute potiùs quàm diuitijs abundant, excellũt eminent, valent, qui sunt à virtute paratiores, quàm diuitijs, quos virtus potiùs, quàm diuitiæ commendant, qui virtutem magis, quàm fortuna possident.*

De todas las virtudes, la mas propria del hõbre es ser humano.

Humanidad. *Omnibus virtutibus nulla est, quæ magis hominem deceat, magis in hominem conueniat, in hominem cadat, ad hominem pertineat, homini magis propria sit, quàm humanitas, cum omnes virtutes, tum una in primis homini, colenda humanitas est, ita decent hominem virtutes omnes, ut primum sibi locum vendicet humanitas: ita colendæ sunt, ita expetendæ, ita diligendæ virtutes omnes, ut præter ceteras amplectenda sint humanitas: inter omnes virtutes una maximè lucet, eminet, excellit humanitas:*

nitas: quærendæ sunt omnes virtutes, sed humanitati danda in primis opera est: ut Hesperus inter sidera, sit inter virtutes præcipuè fulget humanitas.

No e visto hombre mas humano.

Qui plus habeat, possideat, ostendat humanitatis, in quo plus humanitatis, plus officij sit, qui sit illi humanitate præferendus, magis ad humanitatem propendeat, humanitatis laude sit illo præstantior, humanitate magis abundet, illum humanitate vincat, ei præstet, antecellat humanitate, adhuc cognovit neminem, nemo est illo maioris officij, humaniore sensu, officij studiosior, in officio diligentior,

Es buen humanista. — Humanista.

Est omni liberali doctrina politissimus.

Dende moço os an tenido siempre por gran humanista.

A pueritia floruisti artibus ijs, quæ ab humanitate nomen acceperunt,

Despues de auer peleado vn rato huyeron. — Huyr.

Cùm aliquamdiu pugnassent, in fugam se coniecerunt, dederunt, fugam arripuerunt, fuga salutem petiuerunt, fugati sunt, fuga sibi consulere cœperũt fuga distracti sunt, dissipati, dispersi, disiecti: distraxit eos fuga, dissipauit, disiecit.

I

Muy ingrato me soys. — Ingrato.

Meis in te meritis non respondes: gratiam non refers, non soluis, id quod debes: officia mea tuis offi-

cijs

eijs nõ compensas: gratiam non reddis: officium non præstas: ingratè agis, ingratũ te præbes, officium in te requiro, desidero: gratiam à te nõ fero: mea erga te non imitaris officia.

No es de marauillar que tantas vezes yerre el ques tan ignorante.

Ignorãcia. *Non est cur miremur, si sæpe labitur is, qui est omnium imperitissimus, maximè rudis, maxime insciens, cuius ignorantia, inscitia, inscientia summa est, qui omnes in scitia vincit, cui neminem inscitia parem inuenias, quem omnia latent, qui nihil prorsus nouit, omnium rerum ignarus est, nihil omnino videt, nullam partem doctrinæ tenet.*

Gran afrenta es ser ignorante enlas cosas de su patria.

Turpe in primis est, dedecus est, in patria peregrinari, hospitem esse in his rebus, quæ ad patriam pertinent, ea non tenere, scientia non comprehendere, usu, doctrinaq; non percipere, in quibus patriæ res agitur.

Las continuas visitas de mis amigos estoruã mis estudios

Impedimento. *Crebræ amicorum salutationes ita me interpellant, ut prorsus me à studijs abducant, a nocent, abstrahant, abripiant, auellant, amoueant: omnem prorsus colendi studia facultatem, potestatem, frequentes amicorum salutationes eripiunt, nullam mihi studiorum copiam, nullam an colenda studia, ad tractandas litteras vacuam horam, nullum liberum*

tem

tempus relinquunt: sit salutationibus amicorum ad euntium ad me, ventitantium ad me amicorum officio, ut spatij nihil habeam, ad animum litteris excolendum, ad ingenium studijs exercendum: ita sum occupatus: occupationis habeo tantum in excipiendis ijs, qui ad me officij caussa adeunt, ut etij nihil supersit ad studia literarum tractanda, ut nullam diei partem arbitratu meo in studijs ponere, ad studia conferre liceat.

En poco tiempo fueron pueſtas muchas regiones debaxo del Imperio Romano. Imperio

Multis regionibus brevi auctum est imperium Romanum: multarum regionum accessio facta est ad imperium Romanum, multæ regiones inditionē venerunt, ad Imperium accesserunt, additæ sunt, ad iunctæ sunt, iura, potestatemq́ subierunt populi Romani.

Eſto es lo que mas importa.

Hoc rem continet, in hoc tota re, agitur, in hoc sunt omnia, sita sunt, posita, collocata constituta: ex hoc omnia pēdent, hoc interest in omnes partes, valet in omnes partes, hoc tanti est, eius ponderis est, eiusmodi est, ut omnia cōprehendat, complectatur.

Eſto poco es importa.

Hoc tua nullam in partem interest, mea multum. tua nimium refert, mea plurimum; ad te nihil, ad me valde pertinet, tua res in hoc nulla mea vero agitur maxima: hoc ad tuas res momenti nihil habet, vim nullam habet, minimum valet, ad

meas valet in omnes partes, multũ interest, refert multum habet ponderis.

Obligados son los padres a incitar los hijos ala virtud, y no al dinero.

Incitar. *Decet parentes illos, qui liberis consultum volunt non eos ad rem cohortari, quàm facile nullo negotio arbitratu suo tum largitur, tum eripit fortuna, verum ad eas artes, quarum vitæ par usus & possessio est: auctores filijs parentes esse debent, ut ad eas artes, ad earũ artium studia sese conferant, aplicent animum, adiungant, toto animo incumbant, quarũ possessio vitam æquat: impellere filios parentes debent, incitare consilio, rationibus, argumentis adducere ad eas artes, laudare illis eas artes, ostendere illis earum artium fructum, hortatores esse ad eas artes, id consilijs dare filij parentes debent, ita consulere, eam suscipere cohortationem, ea cohortatione uti, ea demum est egregia parentum cohortatio, qua impelluntur ad eas disciplinas, quarum est æterna possessio, quarum nobis fructum unà mors adimit, quarum usus interitu vitæ, nulla re præterea, terminatur.*

No me movays vos a esso.

Noli me hortari, cohortari, ut hoc faciam, ne mihi sic auctor huius consilij, ne me rationibus ad hoc impellas, ne cohortatione utaris, ne cohortationem suscipias, suadere noli.

En muchas señales conosco que soys inclinado a Auaricia.

Mul-

Multis argumentis inclinatum, ac natura propensum te ad turpissimum, & execrabile vitium Auaritiæ, indicaui: quod multis argumentis potuerim conijcere, colligere intelligere, suspicari, ad auaritiæ vitium natura propendes, tua te ad auaritiã natura ducit; auaritia studiosus es hortante natura, naturali quodam studio ad auaritiam inclinas, sequeris auaritiam quadam natura inductione. Inclinado.

Siempre os he conocido arrebatado, y sin consideracion.

Nimium te inconsideratum, imprudentem, expertem consilij, expertem rationis, inopem rationis, auersum à ratione, propensum ad temeritatem, immoderati sensus, præcipitis consilij, nimis in agendo præcipitem, insipientem, stultum cognoui. Inconsiderado.

No pienso me ternan por incostante en no fauorescer como solia a este ingrato.

Non puto mihi famam inconstantiæ pertimescẽdam, si tan ingratum hominem, tam immemorem officij, prosequi nouis officijs nolui: non vereor, requis mihi tribuat, adscribat, assignet inconstantiæ, levitati: ne quis in me inconstantis animi, leuis, mobilis instabilis, parum firmi vitium conferat: ne quis mihi notam inurat inconstantiæ: ne inconstantiæ nomine malè audiã, suspectus sim, ne accuser, quasi parũ in officio constans, quasi discesserim à pristina consuetudine, quasi desciperim à me ipso. Inconstante.

No os tenia yo por tan inconstante.

Non ita flexibilem esse tuã voluntatem putaram.

Esto no es de creer.

Increible. *Credibilem non est: credendum non est: non est ut credatur, ut credi possit, ut habenda fides videatur: fidem superat, verisimile non est: mendacium videtur: mendacij speciem habet, mendacium prae se fert veritatis imaginem nullam ostendit: eiusmodi est ut fide careat, ut adiungi fides nulla possit.*

No mereceys que os alaben.

Indigno *Laude indignus es, indignum te laude praebuisti ostendisti, non eum te praebuisti, praestitisti, ostendisti, probasti, non ita egisti, non ita te gessisti, non ea gesisisti, non ea tuae vitae ratio fuit, non eiusmodi sunt merita tua. nõ te talem vidimus, cognouimus, sensimus, experti sumus: non is nobis cognitus es, ut afficiendus, ornandus, decorandus, honestandus, efferendus, extollendus laude sis, ut laus in te conueniat, tibi debeatur: ut laudis praemium, quasi tibi debitum, possis exigere, ut laus, quasi tuis meritis debita merces, persoluenda tibi esse, tribuenda, deferẽda videatur.*

Muchos mancebos mueren del demasiado comer.

Indigestion. *Multos adolescentes conficit, perdit, immatura morte afficit cruditas, crapula, immoderata, dissoluta victus ratio: largiore, uberiore, pleniore, cibo utũtur adolescentes, quàm ut stomachus digerere, ferre sustinere possit, quam ut vitae conducat: id quod saepe illis immaturae mortis caussam attulit.*

Por

Por no ser discreto, perdio buen asiento en la Corte Romana.

Locum in aula Romana non habuit: locus ei non fuit, ob immodestiam, impudentiam, temeritatem, imprudentiam, immoderatam vitæ rationem, quia parum modestus est, non satis modestè viuit, modestia modo, ratione non vtitur, modestiam ignorat, longè abest à modestia, parũ modestis est moribus, de modestia nihil laborat, nullum ei modestiæ studiũ est, expers est modestiæ, iudicij, prudentiæ, rationis, temerè agit, imprudenter, sine ratione, sine modo, immoderatè, immodicè, inconsiderate, inconsultè, prorsus sine consilio, quia inconsultus est, temerarius, imprudens, inconsideratus, immoderatus, immodestus, immodicus. Indiscreto

Tu procuras infamarme.

Vehementer studes de mea fama detrahere, meã famã lædere, detrimẽto afficere, ob esse, nocere, officere meæ famæ, id agis, vt æternas mihi infamiæ notas inuras, vt ijs meum nomen sordibus, ijs maculis afficias, inquines, inspergas, inferas, eas meo nomini sordes: eas maculas iniçias: inspergas, inferas, quas nulla dies, nulla de inde res possit eluere, abstergere, auferre, delere: tuũ consilium, tuum studium studium illud est, vt me in omne tempus in omnes annos, in omnes meæ vitæ dies, in pertuũ infamẽ reddas, infamiæ notes infamiæ tradas: id spectas vt ppetuò malè audiã ppetuã in infamiã adducar: æterna vt infamia flagrẽ laborẽ, vt in sordibus Infamia.

infamiæ nunquam non iaceam, ut perpetua verser in infamia.

Infor- marse. Si no me crees preguntalo a tu padre.

Si mihi fidem non habes, fidem apud te si non habet oratio mea, roga patrem tuum, interroga patrē quære de patre tuo, sciscitare, cognosce : patris tui sententiam, voluntatem, iudicium exquire.

Pocos ay que tengan buen ingenio como vos.

Ingenio, *De ingenij tui præstantia, vi, acie ita statuo, neminem anteferri tibi posse, paucos admodum conferri excellere te ingenio, præstare: florere, valere, vel omnibus antecellere vel certè nemini concedere iudico, acutissimam esse aciem ingenij tui, egregie te à natura instructum ingenio, minimè te esse hebetē ad id, quod melius sit intelligendum: eam esse ingenij tui aciem nihil ut non videas, assequaris, facile intelligas scientia comprehendas: ingenij tantū in te duco esse, quantum esse potest plurimum, ingenium in te sentio esse summum, eximium, egregium non mediocre, non vulgare, non quale multis cōtingit, exquisitum, rarum, singulare, præstans, acutissimum, plane diuinum, acutum etiam arte limas.*

Mucho aborresco la ingratitud.

Ingratitud. *Vitium ingrati animi pessime odi: nullum odiosius mihi crimen est ingrati animi culpa: cùm omnia crimina, tum verò prætermissæ gratiæ; neglecti officij culpa grauis admodum, molesta, odiosa mihi est: nullum hominum genus acerbius odi, eius odi, ac-*

odi, acerbiore insectetor odio, quàm qui gratiam bene meritis non referunt, qui de gratia referenda minimum cogitans parum laborant.

Es el mas inhumano del mundo

Omnis officij & humanitatis expers est, longè abest ab officio, & humanitate prorsus humanitatē ignorat, ab humanitate remotissimus est, nihil possidet humanitatis, minimè omnium humanitatem colit, diligit, exercet.

Inhumano.

Con razon os quexariades de mi, o me tratariades deste modo, si yo os vuiesse injuriado.

Injuria.

Iure hæc in me conferres, si quando ipse tecū iniquius egissem, iniquior tibi fuissem, iniuriosus tibi fuissem, iniuriosus in te fuissem, iniuriosius te tractassem, iniuriam tibi fecissem, intulissem, imposuissem, obtulissem, si te aliqua affecissem iniuria, si à me accepisses iniuriam, tulisses iniuria me, si me iniurium, iniuriosum, iniquum, grauem, tuis commodis aduersum, infensum tibi sensisses, cognouisses, expertus esses: si qua re te læsissem, si tuus esset animus à me offensus, molestiam aliquam accepisset si de tuis commodis aliquãdo detraxissem, tuis commodis obfuissē, obstitissem, aduersatus essem, si quæ esses à me lacessitus iniuria, prouocatus, commotus.

Vos me lo pagareys.

Facilè idem reponam: is sum: qui referre iniuriā facilè possim, par pari referre, æquè te tractaret ferre à me, quod intulisti: impune tibi non erit, quod

Iniuria me affeceris,impunita non erit iniuria tua, inulta non erit , inulta non relinquetur , vlciscar injurias tuas memorem iniuriæ me senties,experieris.

Agrauio me aueys hecho,

Inique me cum egisti,in iuriosè me tractasti, iniuriā mihi intulisti,iniuria me affecisti,in iuriā abs te tuli,passus sum,lęsus à te sum immerito meo,nullo meo merito,nulla culpa,absque culpa: nihil tale meritus,lęsisti me immerentem,innocentem, nullius affinem culpæ,omnis expertē culpæ,ab omni vacuum culpa.

Innocente. Nõ tengo yo culpa.

In me conferenda caussa non est,culpa vaco , culpā ego non sustineo,expers culpæ sum,afinis culpæ nõ sum,purus à culpa sum,culpā ignoro, longuissime absum à culpa,longè remotus à culpa sum, tam ab sum à culpa,quàm qui maximè,culpæ mihi nõ sum conscius,extra culpam sum,in culpa non sum.

Interesse. En esto os va la honra.

Tuus honor,agitur,honor tuus in discrimem adducitur,de honore periclitaris.

Interessado. No entendeys sino en hazer dinero.

In re familiari augenda totus es,præter diuitias nihil spectas,tuum omne studium in querēdis opibus cõsumis,locas,constituis, totus in diuitiis incumbis id vnum agis,ea tantū spectas, eò tuum studium dirigis,confers,tuum consilium illud:est,tua planè singularis cogitatio,vt diuitias tibi pares,compares

colligas, cõgeras, vt opes quæras, habeas, poßideas, vt opibus abundes affluas, vt diuitiæ tibi redundẽt tibi ad sint maximæ, tuam in domum frequentes confluant: vt diues sis copiosus: locuples, plenus, benenummatus, multarum possessionum præsidio munitus, instructus, paratus, minimè inops, à re familiari, a re domestica, à diuitijs, ab opibus, à copijs, à fortunis, vt abundes, vt cumulatè possideas: vt vberrima sint omnia, vt omnium rerum vbertate floreas, vt fortunæ tibi sint amplißimæ.

Porque la honra se me cõserue, no se me da nada perder le hazienda.

Sit modò dignitas incolumis, ademi de fortuna, detrahi de fortuna, fortunam cõminui. fortunarũ iacturam fieri: fortunæ detrimẽto non recuso, contemno, nihil duco, in minimis pono.

Esto no nace de la virtud, sino del dinero.

Copiarum hoc potiùs est, quàm virtutis, non hoc in virtute, sed in opibus situm est, facit hoc nõ virtus, verum copia diuitiarũ: diuitiarum, non virtutis, hoc est, pertinet hoc ad copias non ad virtutem: non hoc virtus, verum diuitiæ præstant, pendet hoc à diuitijs, non à virtute.

Vuestra hazienda va con mal.

Fortunæ tuæ dißipantur, res familiaris tua dispertitur, disijcitur, imminuitur, perditur, damnis afficitur, accipit iniuriam, distrahitur, detrahitur de tuis fortunis, iniuriose tractantur fortunæ tuæ:

damna inferuntur fortunis tuis, inuaduntur fortunæ tuæ, irruitur, impetus fit in fortunas tuas.

El astuto no mira sino al prouecho.

Intento principal. *Astuti hominis est, ad suam utilitatem omnia referre, utilitatem sequi, spectare, rebus cunctis anteferre, rerum omnium habere antiquissimam, primam ducere, in primis ponere.*

Este a sido mi designo.

Consilium meum hoc fuit, hoc spectaui, hoc volui, hoc secutus sum, id egi, eò mentem intendi.

Muere de inuidia.

Disrumpitur inuidia.

Inuidia. Los inuidiosos fatigauan mucho a Ciceron.

Valde Ciceronem exercebat inuidia, Ciceroni multum erat cum inuidis negotij.

Este inuierno es muy pesado.

Inuierno. *Tæterrima, ac fœdissima hyems est, hyeme utimur iocunda, ac tristi: hyemem habemus per odiosam: nihil hac hyeme fœdius: nihil horribilius.*

Yo os hago juramento que assi passa.

Iuramẽto. *Iuratus tibi affirmo, iure iurando tibi polliceor, atque confirmo: eiusmodi rem esse, ita serem habere eiusmodi rei statum esse, in hoc statu rem esse: ita mihi Deus benefaciat, faueat adsit: ita me respiciat Deus, seruet, tueatur, non destituat, non deserat: ita mihi à Deo prospera contingant omnia: ita mihi optata contingant: ita quæ opto, feliciter eueniant: ita mihi bene sit meis rebus feliciter eueniant, ad volũ*

tatem cuncta fluant: ita viuam, diu feliciterq; viuam diuturna lucis usura fruar: ita mihi tum diuturnæ vitæ cursus, tum facilis etiam, tranquillusq; sit: ita meis optatis fortuna respondeat, ita sim saluus, incolumis, felix, beatus, malorum expers, ignarus aduersæ fortunæ: ita nihil aduersi videam in vita: ita numquam aduersam, perpetuò secundam fortunam experiar: ita fortuna utar perpetuò bona, ita moriar, ne viuam, ne sim saluus, dispeream, perdat me Deus, malè mihi Deus faciat, Deum sentiam iratum: malè mihi sit, nihil ex animi sententia succedat, excludat omni commodo: aduersa mihi sint omnia, cadat infeliciter, quidquid aga, infensa omnia, iniqua, aduersa experiar.

La Iusticia comprehende en si todas las virtudes.

Omnes insunt in una iustitia virtutes, iustitia continentur, comprehenduntur, continet iustitia, comprehendit, complectitur omnes virtutes. : omnes ad unam iustitiam virtutes referuntur, ab una iustitia pendent, in vna iustitia includuntur: qui iustitiam tenet, non est virtutem ullam præterea desideret, requirat, expectat: nulla virtute iustus careat, nulla virtus abest à iusto, coniunctæ sunt, colligatæ, conexe cum iustitia virtutes omnes. justicia.

En gouernar la Republica, no se a de tener cuenta sino con la justicia.

In administranda, gubernanda, regenda, capessenda, tractanda curanda, gerenda Rep. in administratio

tione Reip. in omni publico munere id solùm specta re debemus: quid iustitia postulet: ratio præcipiat: conscientia proponat, quid sit iustitiæ, quid rationi consentaneum, quid cum iustitia, cum ratione congruat, conueniat, consentiat, habenda iustitiæ summa ratio est: vna spectanda iustitia, nihil præterea de vna iustitia laborandum sequi ducem iustitiam debemus, agere cum iustitia, iustè, rectè, honestè, honestum tuendum est solum, nostra consilia, nostras actiones ad vnam iustitiam referri decet, propositā habere iustitiam, iustitiæ seruire: ad iustitiam incūbere, iustitiam exercere debemus, non est in administranda Rep. ne latum quidem vnguem: ne minimū quidem: ne tantillum quidem à iustitia discedendū recedendum.

Oy, pocos administran justicia.

Pauci sunt hac ætate, his temporibus quibus iustitia curæ sit, cordi sit, qui iustitiam colat, exerceant, curent, tueantur, qui de iustitia laborent, apud quos iustitia locum habeat, iustitiæ locus sit: qui se iustos præbeat.

Determino en todas maneras mostrar mi justicia.

justificar se. *Omnino cõstitui, decreui, deliberaui meum factū purgare, probare, rationibus tueri: id mihi propositum, planeq́; certum est, vt rationem reddam consilij mei agere: probare, tueri, defendere, sustinere meam caussam prorsus volo, argumentis minimè dubijs ostendere, rationibus persuadere, nō me casu*

me temerè, non inani quadam voluntate, repentino mẽtis impetu, nulla satis firma, certàue caussa commotum, adductum, impulsum: quod feci ostendam iure factum, consilio factum: optimis de caussis, ratione suadẽte ratione duce, certo iudicio rectè, & cõsideratè, ita factũ vt reprehẽdi non possim, vt mihi temeritatẽ, imprudẽtiã, inopiã consilij nemo possit obijcere, nemo possit, in controuersiã, indubiũ vocare, merito damnare, vituperare, accusare, exagitare vitio dare.

No me marauillo que fiendo tan moço, no echeys de ver los engaños del mundo.

Si, quid insidiarum in vita sit, minus dispicis, intelligis, vides minime miror, cùm ad huo intra iuuentutis annos tua versetur: ætas, cum ex iuuentute nondum excesseris, cùm in ea sis ætate, quæ valet viribus, à prudentia infirma est, viribus, floret, à prudentiæ maturitate procul abest, longe distat à prudentia, in qua prudentia locum non habet: cum ad huc ætatis tuæ tamquam in vere sit: cum ætas iuuentutis, in qua tu es, inopia ferè iudicij laboret: expers iudicij, prudentiæ, grauitatisq́; sit, vsu rerũ, & experiẽtia vnde oritur prudẽtia, prorsus vacet, vacua sit: careat. iuuẽtud

No me parece que ay mejor cosa, que menospreciar las injurias. jazgar.

Nihil iudico, duco, censeo, statuo, laudabilius, quam iniuriarũ rationem non habere, non ducere quonio-

quomodo quidem ego existimo, ut ego quidem arbitror, opinior, puto, autumo, sentio, ut opinio mea est, ut mea fert opinio, quantum quidem assequi iudicio possum, ut mihi suadet ratio, ostendit ratio, nisi iudicio fallor, iudicij sum expers, rudis plane sum, nihil est præstantius, laudabilius, ad laudem illustrius, quam iniurias contemnere, nihili facere, obliuisci, ex memoria delere, minime persequi, ulcisci nolle, ultione non persequi, referendæ iniuriæ curam non suscipere, de iniuria persequenda, ulciscenda, referenda, de iniuriarum ultione minimum laborare, nihil omnino cogitare, ultionem iniuriarum non spectare, non curare: in contemnendis iniurijs, obliuiscendis, ex animo euellendis, ex memoria delendis, obliuione voluntaria contegendis, eximia sita laus est, ea laus est, qua nulla præstantior, neque excellentior.

Aun no tengo declarado, si el buen juyzio viene dela naturaleza, o de la doctrina.

juyzio. *Non dum plane constitui, nondum satis habeo constitutum, deliberatum, exploratum, explicatum certum, naturæ ne munere, an disciplinæ beneficio iudicium contingat, iudicij præstantia, excellentia, ius subtilitas, utrum à natura, an ab arte, ac disciplina proficiscatur, contingat, manet, naturæ ne priuilegio concedatur: an sit ab arte, ac disciplina petendum, utrum is, qui recte iudicat qui optime iudicio utitur, qui iudicio valet, præstat, excellit, facultatem habet optime iudicandi, iudicio abundat, naturæ debeat, an arti, bonum illud acceperit à natura an*

hause

hauserit à studio, ab arte, à disciplina, naturale bonum sit iudicium, an potius in studio, arte, disciplina, doctrina, ratione situm, eiusmodi, quod doctrina tradatur, à praeceptis ducatur, discatur à magistris.

L

Soys docto en lenguas. Lengua

Praeclarè tenes & quae a Grecis, & quae a nostris prodita sunt: unus otpimè nostri non nostrae solùm, sed etiam Graeciae monumenta omnia.

Muy lexos estamos el vno del otro.

Magno locorum interuallo disiuncti sumus.

Estoy tan lexos que muy tarde llegan a mi las nueuas. Lexos.

In iis locis sum, quô propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur.

Muy cumplido aueys sido con todos en vuestro cargo.

Latè patuit in prouincia liberalitas tua, tua excelluit humanitas, nemo est à te non liberalissimè tractatus, liberalitatem in te nemo desiderauit, prolixa fuit in primis ac beneficia natura tua, sic ut nihil magis: fructus liberalitatis tuae uberrimi fuerūt ad multos peruenerunt, pertinuerunt. Liberalidad y cūplimiēto

Si yo estuuiesse en libertad. libertad.

Si mihi integra omnia, ac libera essent, si essent omnia solutissima.

Mucho valen mis libros. libreria.

Multorum nummorum est mea bibliotheca.

El à tenido cargo de mi libreria.
Tractauit meam biblio thecam.
El que viene de buen linaje es obligado a seguir mas la virtud.
linage alto. *Quicunque honesto,claro,non obscuro, summo loco,claris parentibus natus est,ex nobili familia, clara stirpe,ei mayor:quàm ceteris,colendi praeclarą studia,exercendarum, laudandarumq́ artium necessitas imponitur:habet hoc nobilitas,& familiae splendor,vt vitae laudabiliter & cum virtute traducendae non modo occasionem,verum etiã caussam,neq́ caussam tantum,sed etiam necessitatem, afferat,quem familiae nobilitas commendat,oportet eum ad liberalium doctrinarum studia,ad studiũ, summae laudis,ad omnem laudem,ad decus eô studiosius incumbere ad excellentem omnium rerum cupiditatum eô vehementius excitari: si quis ex egregia,nobili,praeclaro,illustri domo natus est maiore quàm quiuis alius,vrgetur virtutis expetẽdae necessitate,*
A muchos de baxo linage,la virtud los a hecho nobles.
linage baxo. *Multos infimae conditionis,humillime sortis, obscuri loci,nulla parentum,aut mayorum laude commendatos:obscuro loco natos,ignobili,oscuro,infirmo genere editos extulit,atque illustrauit virtus multos genere humilitate iacentes, virtus erexit: nobilitantur,atque honestantur,virtute multi,genere ignobiles,& obscuri.*

No me tomeys esto por lisonja. lisonja.

Noli putare, me hoc auribus tuis dare gratiam tuam aucupari, hoc me loqui ad volũtatem, me ve lle tuis auribus inseruire, me esse blandum, assenta tione vti, assentationis artificio tuam gratiam quæ rere, ne me putes fictè loqui ad colligendam beneuolentiam tuam: vt gratiam à te ineam, te mihi vt adiungam, tuam in amicitiam vt me penitus insinuem.

De contino estoy llorando. llorar,

Conficior lachrymis, sic, vt ferre non possim luctu consummor, contabesco, modum lugendi nullũ facio, finem, lacrymis non impono, lacrymis me dedo, lachrymis numquã abstineo, vberrimus meus est fletus, assiduæ lacrymæ, perennes lacrymæ numquam non lugeo: luctum numquam intermitto, non dimitto, omitto, non totus in luctu versor, assiduæ fluunt ex oculis lacrymæ, comes mihi vbiq̃ luctus est, perdunt me lacrymis nõ hument oculi.

Tu lloras los males de la Republica.

Luges Reip. tempora, tuus fletus exoritur, existit, manat, proficiscitur a publicis malis, lugendi caussam afert aduersa fortuna Reip. calamitas publica, publica mala te ad fletum impellunt, miseriæ tibi publicæ lacrymas excutiunt, exprimunt.

Es vn necio. loco.

Desipiens est, delirus, stultus, demens, insanus, à ratione auersus, omni ratione carens, delirat desipit, insanit, discessit à mente, desertus est amẽte destitu-

destitutus à mente: mens eum & ratio reliquit: mẽtem amisit: mente captus est, mentis lumine obcæcatus, mentis compos non est, mentis inops, mentis expers, inops à mente.

M

mal contento. No ay quien se contente de su estado.

Nemini sua conditio satisfacit: nemo est, qui acquiescat fortunæ suæ.

En toda cosa terne cuenta con vuestra honra,

mirar, tener ojo, cuydado *Magnam omnibus in rebus tuæ dignitatis rationem habebo: semper mihi tua dignitas ante oculos erit, proposita erit, erit antiquissima: meæ cogitationes tuam laudem spectabunt: animus meus in bono re tuo infixus erit, ac locatus, in omni re, quid honor tuus postulet, quid ferat, quid requirat attendam.*

Hasta oy poco e mirado en mi interesse.

Nullam hactenus vtilitatis meæ rationem habui, duxi, spectaui: quid esset è re mea, in rem meam quid ad rem meam pertineret, in rem meam faceret conveniret, quid rebus meis expediret, prodesset, conduceret, utile esset, utilitatem afferret, utilitati esset emolumento esset, fructum pareret.

moderado, Es hombre muy moderado.

Homo est à cupiditate omni longè remotus.

Si en mi niñez tuuiera buen ayo, no hiziera

maestro. tantas necedades.

Si ducem, auctorem, moderatorem aliquem puer habuissem, non ita grauiter errassem,

Essos

Essos con su malicia me an hecho mudar de proposito. Mala obra.

Isterum maleuolentissimis obtrectationibus, improbis artibus, iniqua, infensaq; in primis opera de vetere illa mea sententia de pulsus sum, detrusus, deiectus, veterem sententiam de posui, abijcere sum, coactus, discedere à sententia, discere, animum abducere, institutæ cursum opinionis aliò converte re, flectere, mutare.

Vuestro valor deshara la violencia de los malsines. malicia.

Impetum proditorum hominũ tua virtus franget, reprimet, ac retundet.

Por tu respecto biue este malicioso.

Tuo beneficio viuit hæc pestis.

Con tu prudencia venceras los maliciosos.

Horum improbitatem infringent consilia tua.

Forçado me an vellacos a mudar mi proposito.

Istorum maleuolentissimis obtrectationibus de vetere illa mea sententia depulsus sum, deiectus, detrusus.

Quien ay que no tenga malas voluntades. malquisto.

Quis est, quem nulla vnquam attingat inuidia?

Entiendo que no teneys mala voluntad a nadie.

Noui animum tuum nulla in quemquam maleuolentia suffusum.

Todos lo quieren mal.

In summum omnium inuidiā incidit, adductus est in inuidiā: is apud omnes factus est, sic egit, ita se gessit, vt odio illum omnes habeant, vt in illum nemo sit optime animatus, nemo illi faueat, nemo de illo bene existimet, nulla fruitur hominum beneuolentia, premitur odio multorum, inuidiæ est, odio est in inuidia est, in odio est.

A me venido gran desgracia.

Præcipua, propia, minimè communis vita fortuna est, singulari sum fato: longè alia conditione ego sum ac ceteri, ea est meo conditio, mea fortuna, vt conferri mecum nemo possit: vt exemplum simile planè nullum extet.

Al reyr del Alua.

mañana *Prima luce, summo mane, diluculo, primo mane cùm lucescenet, albescente die, in ortu Solis, oriente Sole.*

mandar. Mandays me cosa, que ni puedo, ni es mi honra hazerla.

Imperas mihi, iubes, mādas, id fieri à me vis quod exequi, efficere, præstare neque debeo, nēq; possum: das mihi rem in mādatis neque honestā, & eiusmodi, quæ vires meas exuperet.

Cosa suaue es poder mandar a muchos.

Optabile est, imperium in multos habere, habere multos, quibus liceat imperare, qui pareant imperanti: quorum opera iure tuo, pro tuo iure, pro potestate, tuo arbitratu possis vti: multis dominari

nari, multis, præesse, paratos ad voluntatem, ad imperium, ad nutum habere multos. — manera o modo

No me agrada como lo tratays.

Hæc mihi ratio rei gerendæ non probatur.

Este modo de vida ofende a los que bien os quieren.

Hic tuæ vitæ cursus offendit eos, qui te diligunt optimeq́ tibi cupiunt.

Vos conocereys mejor mi voluntad. — manifiesto.

Notior, & illustrior meus in te animus erit.

Agora todos veen vuestra virtud.

Nunc tuæ summæ laudes excelso, & llustri loco sitæ sunt. — Matar.

Orestes con su misma mano mato a su madre

Orestes parentem Clytem nestram sua manu defodit, confodit, perfodit, vita exuit, priuauit, morte affecit, puniuit, multauit, vltus est, vindicauit, interfecit, interemit, ocidit, occidit, peremit, trucidauit, obtruncauit, parenti vitam eripuit, mortem obtulic, attulit, intulit, vim intulit, attulit, manus attulit, intulit,

Nuestros antepassados menospreciauan la riqueza, y amauan la virtud. — Menospreciar.

Maiores nostri diuitias minimi putabant, vnam virtutem sequebantur: apud maiores nostros minima diuitiarum, virtutis erat ratio maxima: nullo loco apud maiores nostros diuitiæ fuerūt virtus vna vigebat maximè, plurimum semper, apud

apud maiores nostros virtus valuit, minimùm diuitiæ, opes in minimis ponebãt, postremæ omnium rerũ dtuitiæ illis erãt, rem familiarem: quæq̃ nos bona appellamus, parui, minimi, nihili reputabant, ducebant æstimabant pendebant, faciebant, flocci faciebant, flocci non faciebant idem enim significatur, siue absit siue ad sit particula non minime erãt apud maiores nostros opes, minimi ponderis, nullo apud eos loco, parui momenti postremum apud eos locum opes obtinebant: de opibus minimum laborabant, diuitias præ virtute contemnebant, infra virtutem ducebant: post virtutem habebant virtute posteriores iudicabant,

No tengo cuenta con nada dello.

Trahuntur per me pedibus omnia, non laboro nihil me afficit, nihil me tangit, nulla re moueor, de qua uis re susq̃ deq̃ fero, æque omnia contemno, fastidio respuo, nulla res apud me pondus habet, nullius momẽti est, in prætio est. nemini quidem est.

Conosco que ninguno haze caso de mi.

Planè desertum esse me atque abiectum intelligo: nullo iam loco sum, reijcior, & cotemnor ab omnibus, nullius iam pretij sum, ordinem nullum obtineo, fabula sum: nullus sum: habeor in postremis: despicior: despectus sum, nullius loci sum nullius ordinis: postremæ conditionis.

Auiendo mensajero fiel te escreuire.

Mensajero fiel *Quoties mihi certorum hominum facultas erit, literas ad te dabo.*

En caſo ſubito luego miramos al cielo. Mirar en alto.

Hic eſt mos hominum,ita more comparatum eſt vt in repentinis aduerſisq́,caſibus,ſi quid & præter opinionem:& contra voluntatem accidit: cœlũ intueantur,ſuſpiciant:adſpectent,ad cœlum ſuſpiciant,aſpiciãt ſpectent, oculos tollant:intendant.

Querria que te recogieſſes. Moderarſe

Velim,te cohibeas:velim te colligas,velim te admodum reuoces,ad rectam rationem reducas,intra rationis girum reuoces,traducas.

Si meneſter fuere morire por vueſtra honra. Morir.

Si res exiget,pro tua dignitate vitam libentiſsimè profundam:decedam:cedam è vita, excedam vita & è vita diſcedam:mortẽ obibo,mortem oppetã vitam cum morte commutabo,lucis vſuram ammittam,extremum ſpiritum effundam,& quæ proximè ſequuntur.

Coſa es de deſſear morir enla vejez,

Optabile eſt:affecta ætate diẽ obire vltimum, ſummum,obire diem migrare è vita,huius lucis vſuram amittere,obire,occidere,interire,perire, mori vitam finire,animum efflare,abire à vita,diſcedere ex corporis vinculis euolare , ex corporis carcere, vel ergaſtulo ſolui, aut liberari,ab hominibus demigrare,

Aunque me maten no mudare de propoſito.

Si vocer ad exitum vitæ : non faciam vt hunc sensum deponam.

Enla muerte de tu padre consuelate con lo que sabes, que todos hauemos de morir.

Paterni obitus dolorem hæc ratio de pellat, quòd omnibus impendet mors : hac omnia lege creata sunt, vt morte deleantur, extinguantur, tollantur.

Mostrar elanimo

No me mostrays el animo que soys obligado.

Non præstas, mihi eum animun, quem debes.

Mucho aueys mudado la voluntad.

Magnus animi tui motus est factus.

El año passado alabauas mas que todos la paz: agora parece que ya as mudado el proposito.

Mudar.

Anno proximo, superiore pacis auctor præter cæteros eras: nunc videris à prima causa desciuisse

No puedo creer quanto os ayays mudado.

Adduci non possum : vt te à tua consuetudine tam valde, tam longè discessisse exstimem.

Del negocio de Padua no hagays nada Hasta que yo buelua.

Integrum tibi de re Patauina ad meum reditum reserua.

Muestra o reseña

Yo he hecho reseña.

Copias meas lustraui.

No tratays como querria.

Hæc migratio rei gerendæ non probatur: non agis, vt agendum cẽseo, aliter agis, adque ego agendum existimo, cum ita agis, a indicio discrepas meo discedis, dissentis, procul abis. Negociar.

Muy escasa ha sido con vos naturaleza.

Satis anguste natura te suis copijs instruxit, parùm in te benigna, paràm liberalis natura fuit: nõ est cur naturæ gratias agas non multum naturæ debes: naturã expertus es parum liberalem, parcè tibi sua bona est elargita natura, naturæ bona, adiumenta, opes, diuitiæ subsidia tibi desunt, te deficiũt, in te non agnoscuntur, in te desiderantur, requiruntur, ita natura tecum egit, vt nouerca potiùs, quam mater fuisse videatur, iniquior in te natura fuit; tibi non contigit, vt naturæ bonis excelleres, possum in te quiduis potiùs, quam nat uram laudare: natura tibi de suis muneribus, non quantum opus erat, impertiuit: suis te donis abundare natura noluit, inops es à naturæ bonis, est cur desideres naturæ bona nõ optime de te merita natura est, multa naturæ accepta referre non debes. Naturaleza.

Es mucho de mi condicion, o naturaleza.

Valde mibi aptus est, mirè factus est ad naturã meam, vehementer est ad meæ vitæ rationem, & consuetudinem accommodatus, conuenit optimè cũ ingenio meo.

De vuestro buen natural hazeys esto.

In hoc humanitatem tuam agnosco.

Esto es a todos natural.

Omnibus hoc est à natura tributum, insitum.

No quiero estoruar vuestros negocios.

Negocios. *Nolo tuas occupationes interpellare, tibi tã occupato molestus esse, molestiam exhibere, obstrepere nolo tuorum negotiorum cursum impedire, tuis rebus impedimento esse, auocare te à tuis negotijs, curis, occupationibus.*

Es mi factor, o procurador.

Meas rationes tractat, mea negotia gerit, meas res curat, administrat, meus procurator est, mea negotia procurat: is est, cui res meas commisi, credidi, commendaui, tradidi, mandaui: sustinet rerum mearum curam.

Es de noble linage.

noble. *Honesto loco natus: ex honesta familia, primarius, honestus, optimæ inter ciues conditionis honoratus.*

Muchas liuiandades trae consigo la niñez.

niñez. *Multa leuiter: inani quodam studio, temerè in pueritia committuntur, in prima ætate, primis annis, teneris annis, primis tẽporibus ætatis, à puero, ab meũte ætate, ineũte pueritia: primo ætatis initio.*

Es niño gracioso.

niño. *Nihil est eo puero festiuius, nihil lepidiũs, leporis habet, qui amorem concilient, lepore, festiu*

tiuitate,elegantia morum conferendus cũ illo puero nemo est.

No esta en mi mano determinarme si se re Republico.

Integra mihi res non est ad consulendum,capessam necne.Remp.non est mihi libera,non expedita non soluta de capessenda Rep.deliberatio,liberam, non habeo capiendi consilii facultatem de suscipiẽda,gerenda,administranda Rep.tenere implicatus, nec mea expedire consilia possum de suscipienda Repub. No esta en mi mano.

No puedo sufrir tan gran dolor.

Tantum doloris,solicitudinis,acerbitatis sustineo,quantum ferri vix posit:ferendo dolori, non sum,impares dolori vires meæ sunt,ad dolorem infirmæ:dolore franguntur,vim doloris minime sustinent: roboris in me tantum non est,vt acerbitatẽ tam grauem q e m perpeti. no poder sufrir.

No se que partido pueda escoger.

Difficilis deliberatio est,lubricus ad liberandum locus,consilium capere necio,valde hæreo, impendita deliberandi ratio est,consilium de est, explicare nihil queo, expedire me ne queo,inops consilii, inops à consilio sum, consilium diu frustra quæro. No se q̃ escoger.

Temo que e escogido mal.

Metuo,ne id consilij cæperim,quod explicare non facilè possim:exitum consilij mei extimesco: consilium à me captum:vt eum,quem volo exitum

habeat, opta magis quam spero, vtinā consilio meo respondeat exitus, timeo tamen, ne non ita, sit vereor, ne non optimè, quod de liberaui succedat, procedat: meum consilium quò sit euasurum timeo: quā feliciter mihi euenturum sit ex consilio meo, planè non video: equidem aduersa metuo, timeo mei consilij quis sit exitus futurus,

Soys amigo de nouedades.

nouedad *Res nouas quæris, cupidus es rerum nouarum status hic te minimè delectat: nouitatem ames, nouitati studes, faues.*

Dizese, pero no ay cosa cierta.

nueuas, inciertas *Rumores sunt, satis illi quidem constantes, sed sine auctore, rumor est, sed sine capite, rumore ipso nuncio sermones exaudiuntur, prorsus tamen incerti, inanes, infirmi, orti ex voluntate qui nulla veritate nitantur, dissipati, sine caussa, auctore nullo: iactātur hæc sermonibus incertis sermones dissipaturi, quibus re fides nulla debeat. vnde merito fides absit, inquibus non sit pondus, qui nihil certum sequantur, qui neque nuncijs, neque literis comprobentur, quos veritas nulla cōfirmet, qui nulla veritate, nullo satis firmo testimonio, nullo prorsus argumento, ratione ue nitantur.*

Auian llegado malas nueuas del.

Nueuas, tristes. *Rumores de illo duriores erant aduersa quædā de illo erant allata: nuncij venerant tristes aduersi infausti, parum commodi, minimè læti, parum secūdi, grauior de illo fama peruenerat, dissipata erant*

dessemi

disseminata, dispersa, peruulgata: duriora, quædam grauiora erant significata, iactabantur, sermonibus disipabantur.

No se hizo jamas mejor cosa.

Post hominum memoriam, post homines natos, ex omni memoria, nihil gloriosius, nunca.

Muchos mas son los ruynes que los bue nos, numero

Improbi multis partibus plures sunt; quã boni. mayor

O

Hare lo que.v.m.me mandare.

Parebo tuis mandatis, exequar tua mandata ef fectum dabo quod mandasti: tuæ voluntate parebo, morem geram obsequar, obtemperabo, sequar volũtatem tuam, meam voluntatem ad tuam aggrega bo, cum tua coniungam, tuæ voluntati mea volun tas seruiet, tua mibi voluntas lex erit, atque nor ma. obedes-cer.

Obligado estoy a seruiros.

Incredibilem tibi quendam amorem, & omnia in te summa, ac singularia studia debeo. Obliga-do.

Ya sabeys quanta obligacion tengo.

Videre te scio, quantum officij sustineam.

La vida os deuo.

Pro te mori possum.

Mucho me deueis y no me pagays.

Magna mibi debes beneficia, nec soluis.

Mal podre pagar lo mucho que os deuo.

Tantum tibi debere existimo, quantum per-

sol-

soluere difficile est,

Donde no puedo cumplir con obras, no es bien con palabras.

Cui re vix referre gratias possum, ei verbis non patitur res satisfieri.

Yo le soy no solamente obligado, mas obligadissimo.

Magna eius, in me, nō dico officia, sed merita.

Con esto me terneys mas obligado.

Magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet.

Obligado eres de seruir a tu padre.

Debes patrem tuum colere ante omnes homines, est cur patri tuo præcipuum quendam honorē prestes tui muneris, tui officij, tuarum partium est, tuum munus, tuum officium, tuæ partes sunt, hoc in te conuenit: ad te pertinet, à te postulatur, hoc tibi omnis ratio suadet, proponit, vt parentem tuum præcipuo quodam amore colas, obserues, tuearis, afficias.

Yo le hize sepultar honradamente.

Obsequias. *Funus ei satis amplum faciendum curaui: dedi operam, vt funere satis amplo satis magnifico, satis honorifico afficeretur, vt exequijs honestaretur, exequijs eum honorificis prosecutus sum, honorificè sepultus est: sepultura honestatus est: funeris, exequiarum, sepulturæ honore non caruit, habuit in funere, quæ illū decorarēt, illi honorem adderent, decori essent: honori essent.*

Ocasion ay de quexarme de vos.

locus videtur esse tecum expostulandi, querendi de te, tui acusandi. Ocasion

Perdiose ya la ocasion.

Amissum tempus est: elapsa de manibus est, abijt, præterijt, fugit, euanuit, amissa est, nulla iā est prorsus perijt ocasio, tempus, opportunitas.

Estoy ocupadissimo.

Grauissimis rerum susceptarum oneribus premor, Ocupado.

Iamas he hecho cosa que offendiesse tu honra.

Nihil vnquam feci, quod contra tuam existimationem esse vellem. Offender.

No ay mayor vellaqueria, que offender, o dañar a su padre.

Nullum est grauius piaculum, quàm patri vim afferre.

Si se offreciere ocasion, que v.m. aya menester mi seruicio, no faltare a lo que soy obligado.

Si accidet, vt operam nauare tibi poßim, vt opera mea tibi vtilis esse, è re tua esse, in ren tuam esse è commodo tuo, ex vsu tuo: esse poßit, officio meo nō deero, satisfaciam officio meo, officium meum præstabo, non committan: vt officium meum desiderari poßit, vt meæ partes requirātur: si cōtinget, si eueniet, si vsu veniet, si res, si tēpus, si ocasio feret, postulabit, poſcet, exiget, requiret, si occasio se offeret, Offrecerse. Oferta.

ret, se dabit, se ostendet, offeretur, dabitur, ostendetur, si fortuna feret, occasionem attulerit, detulerit, præbuerit, ostenderit, si tempus accidet.

Si quereys fauorescerle, no hallareys hombre que mejor os lo agradesca, siempre que menester sea.

Si complecti hominem volueris, neminem habebis, cùm res tuæ postulabunt; neque præstantioris animi, neque maioris in te beneuolentiæ.

Yo prometo de hazer todo lo que pudiere en vuestro seruicio.

A me omnia in te studia, atq; officia, quæ quidẽ ego præstare potero, velim expectes.

Querria os siruiessedes de mi.

Velim vtaris opera mea.

Yo os declarare mi voluntad quãdo mas menester fuere.

Quæ cumque tibi commodare potero, omni cura, ac diligentia complectar, quæ tibi intelligam esse accommodata, omnia studiosè persequar, diligenter præstabo: meum erga te studium in ijs maxime declarabo, quibus plurimum significare potuero, tuam mihi existimationem & dignitatem charißimam esse.

Veran todos quanto estimo vuestra honra.

Studium meum dignitatis tuæ vel tuendæ: vel etiam augendæ summum omnes intelligent.

En todo lo que vuieredes menester yo me ofresco el primero.

Nihil

Nihil tibi erit tam promptum, aut tam paratũ, quàm in omnibus rebus: quæ ad voluntatem: ad cõmodum: ad amplitudinem tuam pertineant, opera, cura, diligẽtia mea: uti profiteor, atque polliceor eximium & singulare meum studium in omni genere officij, quod ad honestatem, ad gloriam, ad rem tuam spectet: nulla tibi in re neque studium, neque beneuolentia mea deerit, præsto non erit.

Siempre sere qual hasta oy en vuestro seruicio. officio y obligacion.

Qui antea fui, idem in posterũ futurus sum in te ornando, & amplificando.

En toda cosa con obras y palabras, mirare por vuestra honra.

Quecumque mihi tui honestandi potestas dabitur, nihil prætermittam, quod positum sit ipsa, re aut in honore verborum. oluidar.

Nunca faltare en voluntad y obras a vuestra honra.

Nunquam mihi tui aut colendi, aut ornãdi voluntas deerit.

Yo me os offresco sin excepcion alguna.

Polliceor tibi studium meum, operam sine vlla exceptione: aut laboris, aut occupationis, aut temporis. opinion.

Hare por vos lo que pudiere.

Omnem meum laborem, omnem operam, curam studium, in rebus tuis consumam: ponam.

Yo me os offresce todo lo que puedo.
Quidquid valeo, tibi valeo, vniuersum studium meum, & beneuolentiam ad te fero.
Hare en vuestro seruicio mas delo que vos pensays.
Vincam meis officijs cogitationes tuas.
officio y obligacion, A esto soys obligado.
Tuum hoc est munus, tui muneris, tuæ partes tuarum partium, hoc à te postulatur, expectatur, requiritur, exigitur, hoc homines expectant, hoc ad te pertinet, attinet, expectat tibi conuenit, in te conuenit, te decet, tuum est hoc debes, tibi nõ licet hoc negligere: proprie in te cadit.
Mas contento biuirias, si te oluidasses de las desdichas passadas.
oluidar. *Lætior tibi vita esse, iucundior, tranquillior trã quilliùs ageres, si tuos casus obliuiscereris, ex animo tuo mente, memoria, deleres, euelleres, si memoriam tuorum temporum omitteres, deponeres, abijceres, ex animo dolores si tua pristina mala, tuos casus tuorũ tẽporũ varietatẽ obliuione volũtaria cõterce res, apud te deleret obliuio.*
Dexado e mi antigua opinion.
opinion, *Istorum maleuolentissimis obtrectationibus de veterc illa mea sententia de pulsu sum,*
Muy fuerte cosa le es al vitorioso, dexar vna buena opinion.
Bono viro sensum rectum deponere, difficile est.
No se me puede quitar esta opinion,

Ab hac ſententia deduci non poſſum, hanc de ponere, & aliam ſuſcipere opinionem vix: ægre nullo modo, nulla ratione, nequaquam, neutiquam, minimè poſſum, prorſus non poſſum,

Porque e de mudar pareſcer.

Quid eſt, quod aliam in partem traducere me debeat: cur han opinionem abijciam? cur hunc deponā ſenſum? cur ab hac ſententia deſciſcam, diſcedam? cur à me ipſo diſſentiam?

Fuerte coſa es el hombre bueno dexar vn buen pareſcer.

Vir bonus, vt ſententiam mutet, non facilè adducitur, impetrare à ſe ipſo nullo modo poteſt: bono viro ſenſum rectū deponere, difficile eſt, magni negotij eſt: vir bonus in ſententia firmiſſime conſtat, vir bonus à recta ſententia deſciſcere vix poteſt, vt ſententiam mutet non facilè adducit: tenet arcte: quā ſemel complexus eſt ſententia.

Yo hare que aproueys mi parecer.

Probabo tibi meam ſententiam, efficiam ut opinio tibi mea cū ratione cōgruere videatur, oſtendā eſſe, cur probes ſententiam meā, ac quieſcas meæ ſententiæ,

Era opinion antigua.

Erat hæc in animis hominū inueterata opinio, peruetus, diuturna, multi temporis, minime recens, in animis hominum penitus inſederat.

No es honra, no ſeguir la opinion de vueſtro padre.

Honeste à parente tuo dissentire non potes: turpe tibi est à parente dissentire: non potes à patre sine infamia, sine dedecore, sine graui culpa, sine turpi nota dissentire.

Somos de diuersa opinion.

Opinionum dissensione discrepamus, non idem, aliter, diuersè, variè sentimus: non quid tibi mihi videtur idem, placet, probatur.

Engañado aueys mi opinion,

Fefellisti opinionem meam, tractasti me secùs atque existimabam, non cum in me, quem putabam, te præstitisti, expectationi meæ nequaquam respõdisti, cũ animo meo, tua facta non conueniunt: consentiunt: congruunt, prorsus te alium, atque arbitrabar, sum expertus, re ipsa cognoui, sensi.

De vna misma opinion somos.

Coniunctum est meum consilium cum tuo, consentiunt concinnunt sententiæ nostræ, nihil à tua mea distat, dissentit, discrepat opinio, idem sentimus è tuo iudicio mea sententia nõ ab horret, idem vtriq; nostrum probatur, videtur, placet, idem sequimur, idẽ est vtriusque sensus, congruit cum opinione tua sententia mea, dissensio inter nos nulla est, dissensionis aut contra uersiæ nihil: conuenit inter nos.

Estos con sus malicias me han hecho mudar de opinion.

Istorum maleuolentissimis obtrectationibus de vetere illa mea sententia depulsus sum, deiectus, deturbatus, repudiatus: factum est horum cul

culpa, commissum est horum iniquitate, a mea illa vetere sententia desciuerit, vt veterem illum sensum deposuerim, vt abiecta vetere illa sententia, nouam suceperim.

El año passado alabauas tanto la paz y agora ya eres de otra opinion.

Anno proximo: superiore pacis auctor præter ceteros eras, nunc videris à pristina caussa desciuisse non quod anno proximo, nunc iden de pace sentis tua de pace sententia cum superioris anni sententia conuenire non videtur, non eadem tua est, quæ anno proximo superiore, de pace sententia: pacem vnus omnium maxime turbaris anne superiore, nunc alia tuæ mens videtur, non idē sensus, diuersa opinio.

Tu has mudado de opinion.

In sententia non permansisti, sensum mutasti, aliter existimas, à pristina sententia desciuisti, à te dissentis, diuersam opinionem suscepisti, cæpisti.

Mucho caso han hecho de vuestra opinion y parecer los que bien sienten.

Magnum apud eos, qui recte iudicant, tua sententia pondus habet, magni fit, magni æstimatur, magni penditur, auctoritatis habet plurimum, grauissima est, rectè sentientes in opinione ac iudicio tuo plurimū ponunt, opinioni tuæ multum tribuūt multū deferunt: facile assentiuntur, ac quiescunt.

Todos son de vn parescer

Vnus omnium bonorum est sensus, idem omnibus probatur, eodem concurrunt omnium sententiæ sequuntur idem omnes si ectant, probant, opinione tuentur, eadem est omnium sine vlla varietate opinio, opinionū nulla varietas.

Si mi parescer os es dañoso, a la Republica aprouecha.

Sententiæ nostræ, si minus è re tua sunt, Reip. rationibus conducunt, tuam si vtilitatē oppugnāt, Reip. commoda tuentur, si tibi detrimentum, Reip. commodum afferunt, tua si minuunt, Reip. augent commoda: si tuis aduersantur, Reip. rationibus expediunt.

Ordenar. He concertado lo que tocaua a la guerra

Rem militarem constitui, collocaui, camposui, optimè digessi.

P.

Passo cerrado. Cerrado esta el passo.

Transitus interdictus est, inclusa est via, non patet aditus, non datur.

Promesa cūplida. Hare lo que he prometido.

Præstabo fidem meam, per soluam promissum, quæ pollicitus sum, exitu præstabo, soluam fidem meam tuebor fidem mean: seruabo promissa, fidem non fallam: fidei nō deero, stabo promissis.

¶ Quiero que me pagueys lo que por el me aueys prometido.

Pagar. *Pro illo solues, illius promissa tu præstabis, depen*

dependendũ tibi est, quod mibi pro illo spopondisti illius promissio, solutio tua erit, ad te pertinet.

No puedo pagar.

Soluendo non sum, non est, vt possim soluere. non habeo vnde soluam, nõ suppetit vnde creditoribus satisfaciam.

Esta pared se abre.

Hic paries vitium facit, triman ducit: riman agit labem facit, labefactatur. Pared,

Bien me agrada vuestro parecer.

Consilium mihi tuum probatur, idem sentio. quod tu, meus cum tuo sensu congruit, assentior tibi: tuã sequor sententiam: recte sentire mihi videris, accedo ad tuam sententiam. Parecer

Creo que nos holgaremos con este parentesco.

Spero nobis hanc coniunctionem voluntati forè, optimam de hac habeo cõiuntione spem de hac coniunctione spero optimè, spes me tenet optima, sustentat alit, pascit, fouet. Pariẽte.

Teneys muchos parientes.

Propinquis & affinibus flores, à propinquis optimè paratus es, munitus es: propinquis abũdas, copia flores propinquorum.

Deshazer el parentesco.

Dirimere coniunctionem, dissindere, dissuere, disiungere: ius omne coniunctionis tollere, delere, extinguere.

Entiendo partirme. Partirse

Partirse — *Mihi est in animo discedere: digredi, abire, proficisci, locum mutare, de discessu cogito, discessum cogito, discessum specto, in animo habeo, meditor, animus est in discessu.*

Metello no mostro tristeza, en salir dela patria.

Summa voluntate Metellus patria cessit, egregiaq; animi alacritate abfuit, discessum è patria æquissimo animo tulit. Metellus, & abfuit nullo dolore. Metelli animus cum à patria discessit: æquissimus, dum abfuit letissimus fuit erectus, alacer, minime demissus, aut deiectus.

No sufrays que de vuestro Amor lleue yo la menor parte.

Participar o auer parte. — *Ne patiris, me partem a moris tui minimam ferre, noli committere, vt partem amoris tui minimam capiam, vt exiguum ab amore tuo fructum feram: colligam, sumam, percipiam, fructum amoris tui velis esse non exiguum, non vulgarem, non mediocrem.*

Pasion — Ne os ciega la passion.

Acerto & vero sensu iudicas, quod isti ne faciã maleuolentia & liuore impediuntur, no tuæ mentis oculos liuor obducit: rectum animi sensum in iudicando sequeris, tuum iudicium ratio dirigit, te moderatur, quod ratio præscribit ac probat, id iudicas quod istis permaleuolentiam non licet, quam istis facultatem eripuit liuor, & maleuolentia.

No creereys: quan fuera estoy de toda pasion.

Vix credas, non facile putes, ægrè possis cogitatione assequi, quâm æquo animo sim tranquillo, quieto, ab omni cura vacuo, quâm omni vacem perturbatione quâm sim omnis expers curæ, quàm procul absit animus meus ab omni cura, quàm tranquillo animo sim, quâm tranquillè agam, quam tranquillè agat animus meus, quâ meus fruatur animus tranquillitate, quæ sit animi mei tranquillitas, quàm nulla sit animi mei perturbatio, cura, molestia, quam parum animus meus cura fluctuet, iactetur, agitetur, commoueatur, æquitatem animi mei, tranquillitatem, securitatem, quietem, vix credas, assequi cogitatione vix possis.

No soys apassionado como otros.

Acerto & vero sensu iudicas, quod isti ne faciant maleuolentia & liuore impediuntur.

Gran vellaqueria hazeys. Pecado.

Grauissimè pecas, sceleratè agis, summum dedecus admictis, piaculum committis, maximo te scelere adstringis, obstringis, culpam graue committis, iniquissimè facis, scelus committis, perpetras.

Nunca tal cometi.

Hanc ego nunquam attigi culpam, hoc me numquam crimine contaminaui: inquinaui, infeci, pollui, hanc numquam subiui culpam: hæc me numquam culpa polluit, labe fecit, huius criminis:

flagitij, sceleris, vitij, labe, macula infectus nunquã sum, vacaui semper ista culpã.

No ay pecado que oy no cometan las gẽtes.

Omnes in omnem culpam prolabuntur, incurrũt homines in omnem iniquitatem: nulla culpa est, quæ non hodie subeatur, omnes in omni scelerum flagitiorumq; genere volutantur: omnem improbitatem omnes amant, nullum hodie flagitium ignoratur præter mittitur, non committitur.

Pensar a tentamẽte. Pensar, imaginar, considerar.

Colligere: se animum in tendere, meditari accuratius, diligentius animaduertere: considerare cum animo suo, versare in animo, diligenter animo tractare, agitare animo diligenter: studiosè cogitare, intento aliquid animo intueri: attentius examinare perpendere, ponderare.

Ponderad esto.

Hoc tibi ante oculos propone: pone: statue constitue, ad animum refer, hũc mentem intende, hũc spectet animus tuus, dirige tua consilia: tuas cogitationes ad hunc finem, hoc tibi propositum sit, mentis aciem in hoc intende.

Siempre pienso en vos.

Pensar mucho. *Nunquam de te non cogito, nullum à me tempus prætermittitur de te, tuisq; rebus cogitandi, nunquã mihi ex animo effluis: excidis, discedis ex cubo animo tuo, tuarumq; rerum caussa: in te, tuisq; rebus animus meus perpetuo est, meæ curæ*

om

omnes in te sunt, te semper spectat animus meus, meæ cogitationes. in te tuisq; rebus consumuntur: omnes, ad teq; referuntur

Pienso en vuestro prouecho.

Toto animo de tuis commodis, ornamentisq; cogito, valde laboro de tuis commodis, & ornamentis mihi tuus honor, & tuæ fortunæ etiam at que etiā curæ sunt, de vtilitate, ac laude tua æquè ac de me ipso cogito, ita cogito, vt nemo magis, tam cogito, quàm qui maxime.

Yo pienso enseñarte la virtud.

Omnem meam cogitationem in ostendenda tibi virtute fixi, & locaui: in tradēda tibi virtute sum totus, hoc vnum mea spectat oratio, industria, thesauros tibi virtutis vt aperiam, ac tradam, versorin hoc studio totus vt aditum tibi ad virtutem, pateciam vt ornem te virtute, vt ad virtutem, duce me, peruenias: hac in re, atque cura mens mea tota, versatur, quæ sit dignitas, qui splendor, quæ pulchritudo virtutis me magistra vt intelligas,

Vos sabeys muy bien mis pensamientos.

Mea consilia planè tibi nota sunt, tenes consilia mea, meum animum, meos sensus, non tibi latent mea consilia, cognitum habes, ac perspectum animū meum, qui sit mens sensus, probe nosti, preclare intelligis. pensamientos y cuydados.

De vn pequeño pensamiento e venido en muy gran cuydado.

A minore cura maximam ad solicitudinem tra-

ductus sum:curam equidem antea sustinebam,ferẽ dam tamen,nunc solicitudine premor ea,quæ ferri non possit,hac solicitudine nihil grauius, vincitur animus meus,planeq; frangitur hac tan graui solicitudine.

En gran cuydado estoy.

Grauem curam suscepi,grauis me excepit cura, grauis in me incubuit solicitudo,acerba mihi inna sit solicitudo,

Todo el pensamiento de vengarme e dexado de muy buena gana.

Vltionis omne libenter consilium abijcio,de pono omitto,omnem acceptæ iniuriæ memoriam ex animo deleo de vltione nihil planè cogito vltionem mini me cogito, animus meus vltionem non spectat,abdu co animum ab vlcifcendi consilio.

Al reues me salio lo que pensaua.

Spes me frustrata est,aliter atque opinabar, euenit accidit,contigit.successit,non is,quem volebam exitus consecutus est:successit præter sententiam contra voluntatem,non vt volebam,secutus atq; opinabar,exitum sortita res est alienum à sententia mea dissimilem voluntate,minimè cum animo congruẽtem ab animo meo discrepantem,diuersum, ab horrentem.

A puesto su pensamiento en hazer me daño.

Fractam illam & debelitatam vim suam, in me contulit, vires illas, quæ illi reliquæ erant

imbecillæ, infirmæ parum firmæ haud satis firmæ, collegit, & contullit omnes ad me opprimendum, euertendum, affligendum, perdendum ad exitum, ad perniciem, ad meam summam calamitatem.

Pensad atentamente la inconstancia dela Fortuna.

Intendite animos vestros, ipse vobiscum consuli te, inite consilia cum animis vestris, & quæ sit fortunæ vissitudo, quæ mutatio, qui fluctus rerum humanarum, quam varia tempestate iactetur hominum vita, cogitate, animaduertite, attendite, examinate, perpendite, cum ratione, tamquam æquissima lance, diligenter, æstimate.

En el mismo peligro estays. peligro.

In eadem es naui, eodem in discrimine versaris idem tibi periculum impendet, æque tua salus agitur, tuæ formæ periclitantur, eadem tibi imminet calamitas: æque pecie litaris, iuisdem nauigas fluctibus: eodem iactaris vento, eadem te procella perturbat eodem loco res tuæ sunt: versaris in oedem periculo in eadem fortuna eadem te fortuna manet, tibi impendet, tibi imminet, te vrget, pari es conditione, par similis: eadem non dissimilis, non dispar, nō alia tua conditio est, nouminus de te agitur tua res æque agitur: de tua re itidem agitur, in periculum tua res adducitur, venit, periclitatur, periculum subit, eadē tibi instant mala, haut melius tecum agitur; haut meliore loco res & fortunæ tuæ non erunt.

Mu

Muchas vezes peleo Annibal prosperamente con los romanos.

Pelear, *Sæpe cum Romanis exercitibus, copijs, Pænus Hanibal fellicter, prospere, secunda fortuna, prospero euentu pugnauit pugnas pugnauit pugna certauit, acie conflixit, acie contendit, acie congressus est prælio decertauit ac pugnauit, digladiatus est manus conseruit.*

Dozientos hombres valerosos murieron en aquella batalla.

In illa pugna illa acie, illo prælio, conflictu ducenti homines insigni fortitudine, virtute præstantes, ceciderunt, mortem operierunt ocubuerunt, desiderati sunt: ducentos homines pugna illa sustulit.

Tu as perdido el fauor, no por tu culpa sino delos tuyos.

Perder. *Gratiam tuam extinxit, perdidit, afflixit, omnem aput omnes deleuit, non tua, sed tuorum culpa, factum est, minimè quidem tua, sed tuorum vitio, vt qua florebas gratia, eam amitteres, perijt quod habebas gratiæ, tuorum culpa, non tua, commissum est à tuis potius, quam à te ipso, per tuos potius, quam perte ipsum vt esses non, vt antea gratiosus, vt ea gratia quafruebaris antea, prorsus excideres, vt amitteres hominum studia, vt ex animis atque amore hominum effluere, excideres.*

Procura de no perder tu honra.

Omni industria contende, omni studio labora incumbe toto pectore, confer hùc tuas omnes vires, tua studia

studia, curam industrian enittere quantum in te est quantum in te situm est, quantum potes, quàm potes maxime, cunctis viribus, ac neruis, hoc age diligenter: da operam quàm potes diligenter, summam adhibe diligentiam, studio contende, quam licet maximo, quantum potest esse maximum, summo prorsus, hoc vnun cures, labores, studeas in primis, præter cæteras res, præcipuè, potissimum, ante omnia ne tuæ dignitatis iacturam facias. ne de tua dignitate detrabatur, ne quid aduersi dignitas tua patiatur ne tua dignitas molestetur: ne quodin tua dignitate damnun facias, ne quid feras detrimenti, neque labes aspergatur, offundatur honori tuo, ne quam existimatio tua iacturam patiatur, ne splendor tuæ dignitatis obscuretur.

Gran verguença es, que sientan que pierdes el antiguo esfuerço.

Animi tui magnitudinem inflectere sine summo dedecore non potes animũ demittere, animocadere, animum imminuere, turpissimum tibi erit, magno vitio dabitur: humilis iam esse tuus animus qui sublimis, erectusq; erat, sine graui infamia non potest, sublimia cogitabant animus tuus, nihil non altum suspiciebat, nunc demissus est, humilis, abiectus serpere videtur, humi iacere,

Toda mi hazienda he perdido.

Naufragium feci rei familiaris, perijt mea res domestica, actum est de fortunis meis: prorsus euerse

ſæ ſunt opes meæ, perdidi omnia bona euertit me bonis omnibus fortuna, mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit, afflicta ſunt, profligatæ, ac perditæ, extinctæ, euerſæ meæres: ac fortunæ, omnes euerſus ſum omnibus fortunis.

Ninguna coſa aueys perdido.

Integræ ſunt adhuc res tuæ, ſalua ſunt apud te, omnia, nihil dum perdidiſti, ſtatus idem eſt, qui antea rerum tuarum, eadem loci ſunt, quo antea, fortunæ tuæ, nihil detractum eſt de fortunis tuis: nullæ res aut fortunæ tuæ iacturam fecère, nullum damnum tulere, nullum detrimentum paſſæ ſunt nibi l aduerſi ſubierunt, nullam partem deſideras fortunarum tuarum, nihil eripuit fortuna abſtulit, ademit, detraxit, auertit.

Perdida, deſtruy- ció o caida.

Todos los tuyos ſe perdieron por tu culpa.

Tu tuorum omnium ſalutem affixiſti tuos perdidiſti, tuos euertiſti fortunis omnibus, tuis exitiũ peperiſti, perniciẽ attuliſti, ſummam calamitatem, ac peſtem importaſti, in vltimum diſcrimen, in miſerrimum ſtatum, in hanc omnium deterrimã, omnibusq́ miſerandam conditionem tuos adduxiſti.

Antes que ſe perdieſſe la republica gaſtauas largo, y agora eres eſcaſſo.

Saluis rebus, rebus, nondum perditis, cum ſalui eramus, ante publica mala, dum Reipub. ſalus erat integra: incolumi Reſpubli ſtante Republi vigente Republi. cum Reſpu. ſuum ius obtine ret, ſui iuris eſſet, ſuum ius poſſideret, ſuo iure vteretur

retur, cùm optimus esset Reipub status, ante casum Reip. antea quam Resp. concideret, occideret, periit, liberaliter agebas liberalitatem colebas, exercebas, liberalitate vtebaris, eos, quibus cum tibi res esset, liberaliter tractabas, nunc in omni re frugaliter parce, tenuiter, restricte, infra modum potius quam supra modum sumptũ facis, in faciendo sumptu parcus es, & illiberalis, satis moderate, vel anguste potius impẽsã facis, tuos sũptus nimis ad frugalitatẽ reuocas, nimis acurate frugalitatis regula, metiris.

Yo siento tanto como otro lo pueda sentir ver perderse mi patria.

Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peste patriæ molestiam traxerit, exitio patriæ ita doleo, vt nemo magis: tam doleo, quàm qui maximè, angor, torqueor: crucior, solicitor, afficior perniciepatriæ, sic, vt nemo vnquam ex vllo casu aut omnino vlla calamitate plus hauserit acerbitatis, grauius doluerit, maiorem dolorem cæperit, maiorem in solicitudinem incidèrit, de venerit, adductus sit,

La fortuna algun tiempo echara a perder algunas grandes ciudades.

Vi fortunæ aliquando perculsæ, & postratæ iacebunt, fortunæ viribus perculsæ, concident aliquando florentissimæ vrbes, præclaras vrbes obscurabit aliquando, atq̃ extinget, tollet perdet malè perdet, prorsus affliget, plane opprimet, penitus euertet, omnino delebit fortunæ vis, erit aliquãdo, cũ vrbes amplissime iaceãt: perculsæ vi fortuna atq̃ prostratæ,

Arruynada

Arruynada esta la Republica.

Perijt Respublica,concidit,nulla prorsus est,formam planè pristinam amisit: actum est penitus de Rep.formam imaginem,simulacrum veteris Reip. nullum agnosces,vestigium Reip.nullum superest, fuit Resp.communis;res ita delapsa est,vt ne spes quidem,melius aliquando fore,prorsus vlla relinquatur,perijt omnino Reip.salus,non aduersa tantum est verum etiam penitus euersa fortuna Reip. fractæ sunt opes,afflictæ vires,amissa dignitas, extincta salus Reipub.

E perdido todo quanto tenia.

Omnes & industria & fortunæ fructus perdidi perierunt omnes fortunæ meæ,euersæ sunt ac perditæ meæ res omnes,rerum mearum quid iam habeo?quid possideo?quid mihi reliquum fortuna fecit,ex meis pristinis ornamentis,& commodis:nullum obtineo,mearum omnium fortunarum iacturā feci,perniciem tali,subij,passus sum prorsus actum est de rebus meis:nihil mihi iam reliqui fortuna fecit;ita perij,ita sum perditus,vt salutem plane desperem,oppressæ iacent grauissima fortuna meæ res omnes,ita perditæ sunt fortunæ meæ,vt eas seruare ne salus quidem ipsa possit.

Perdonar. Muchas vezes los delinquentes son perdonados.

Sæpe homines improbi,culpæ,criminum, delictorum,flagitiorum,scelerum affines,criminum labe infecti prorsus,atque inqui nati,noxij, nocētes,sontes iudi

iudicio liberantur, iudicium sententenciis impunitatem assequuntur, à supplicio vindicantur, pœna eximuntur, penæs vitant effugiunt, euadunt ex iudicio, elabuntur, seruantur insontes, innocentes, expertes omnis culpæ, nullius affinis culpis nullo infecti culpa, nullo adstricti nullo scelere cōtaminati flagitio indicātur; nōn puniūtur nō vindicātur, nō castigātur merita nō coercētur pæna, penæs nō dāt, nō luūt, nō perdunt, debitas pænas non persoluunt: debito supplicio non multantur: non afficiuntur pæna; penæs factis, vita, moribus digna: improbitati debitas non ferunt, non sustinent, patiuntur, sentiunt: sæpe fit iudicium culpa, vitio, scelere, improbitate, iniustitia perfidia, vt homines impuri perditi, scelesti, flagitiosi delictorum omnium participes, sine pæna dimitātur pena eximiantur ab solutionē cōsequāur, animaduer sine effugiāt: sæpe nō animaduertitur in homines nocētes, suppliciū de nocentibus nullum sumitur, pæna nulla capitur, secus ac meriti sūnt ac digni sunt, ac eorum vita postulat. iudicatur, sentētiæ feruntur.

No fue castigado perdonaronle.

Pænam affugit, el apsus est, impunè ille fuit, impunitatem est a secutus, pænam nullam tullit, sustenuit, perpessus est, euasit ex iudicio, absolutus est absolutionem est adeptus.

Conosco que me teneys por muy perezoso.

Intelligo suspectum me tibi esse nomine negligentia.

Pereza

Tiene cognicion perfecta de Geometria.

perfecta mente.

Geometricis literis est perfectè eruditus: penitùs cognouit Geometriam, tenet omnino Geometriam, callet omnino Geometricam scientiam, excellit in Geometria, perfectam, absolutam, singularem, eximiam Geometriæ scientiam possidet, ita processit in Geometria, ut ad summum pervenerit, prorsus Geometriam cognouit vincit omnes, præstat omnibus, antecellit omnibus, nemini secundus est, parem habet neminem, superior omnibus est in Geometrica scientia.

Todos seran perseguidos.

Perse guido.

Nulla est acerbitas, quæ non omnibus impendeat, immineat, quæ non omnes maneat: aduersa omnes omnia sustinebunt, pari omnes calamitate prementur: communis erit omnium, non propria cuiusquã, malorum tempestas, vis malorũ, iniquitas fortunæ.

Perseuerar envna buena opinion, honra es.

Perseue rar.

Si quis in recta sententia sibi constat, est magna laus debetur, tueri constantiam in recta sententia, laudabile est, laus est, laudis est, laudi est, laudem habet, affert, parit cum laude coniunctum est, egregium est, praclarum est, gloriosum est. perseverantem, pergentem, permanentẽ in recta sententia laus & gloria consequitur, laus excepit immortalis, in recta sententia laudabilis admodum est, laudibus efferenda, ornanda, honestanda, decoranda, stabilis, et firma, & perpetua permansio, tuenti acriter, & firmo

me in primis animo rectum consilium, sententiam cum ratione congruentem, cum salute Reipub. coniunctam, quæ sit è Repub. in Rempu. è re communi, in rem communem, è commodo publico, quæ valeat ad Rempub. ad rem communem, ad cōmoda publica, decus eximium debetur.

Creed que assi passa. — Persuadir.

Induc animū, in duc in animum, ita esse pro certo babe, persuade tibi, pro certo existima, planè credas, ita, crede, ut minimè dubites, exploratum habeas atq; omnino certum, pro comperto habeas, sit hoc apud te minimè dubium, sit exploratum, rem ita se habere, in hoc estatu esse, hunc esse rei statum.

Gran pesar recibio Cicerō enla muerte de su hija. — Pesar, o tristeza.

Doloris plurimum Cicero, hausit, accepit, cæpit, tulit, ex morte, ex obitu, ex interitu filiæ, grauiter est affectus, magna solicitudine affectus est, vexatus est, oppressus est, ita doluit, ut nemo magis, tam doluit, quàm qui maximè: obitum filiæ tulit acerbissimè, sic, ut iucunditatem omnem penitus amiserit: summum attulit dolorem Ciceroni, dedit, peperit obitus filiæ, summam Cicero sensit acerbitatem, extincta filia.

De vn pequeño cuydado e venido a muy grande.

A minore cura maximam ad solicitudinem traductus sum: curam equidem antea sustinebam,

ferendam tamen,nunc ſolicitudine premor ea, quæ ferri non poſsit,hac ſolicitudine nihil grauius vincitur,animus meus,planeq́ frangitur hac tan grani ſolicitudine.

Gran peſar tengo.

Dolorem ſuſtineo,fero grauem,acerbum,eiuſmodi.qui ferri uix poſsit,dolorem incredibilẽ capio,ſuſcipio,trahò,dolore angor,conficior,excrucior,torqueor,æffligor,vexor,perturbor frangor,omnes mẽtis meæ partes dolor exagitat,diuexat,perturbat, afficit,verſor in acerbiſsima ſolicitudine,dolore diſcrucior,diuellor,dirũpor , perimor,interimor, exanimor,cõtabeſco,opprimor,pdor,cõcidit animus meus ictu doloris,in curarũ,ac ſolicitudinis,cõcurſu moleſtiarum labefactatus,atque cõnuulſus:ita cecidit animus meus dolore perculſus,vt nulla res eum ad æquitatẽ poſsit extollere,iaceo in mærore , ac ſordibus,curis maceror,ægritudine animi cõtabeſco egritudine animi ita laboro ut ſanari vix poſsim,vel potius planè nõ poſsim,vt ſpẽ ſalutis amiſerim,ſalutẽ deſperẽ,de ſalute deſperẽ,ſpes ſalutis nulla omnino ſupſit,verſor in ſummo dolore,acerba ſolicitudine, graui cura,moleſtia,ægritudine,angore,mærore.Vehemẽtiſsime ſolliciter,acerbiſsime doleo,dolore angor incredibili,angor intimis ſenſibus: dolorẽ ſuſtineo quãtũ ferro vix poſſum,vel plane non poſſum, quantum ferre vix,aut ue vix quidem poſſum:me conficit cura:me dolor ex animat:ita fluctibus curarum iactor,ut à portu prorſus excludar , longe dimo

moneat, summoueat arceat.

Ninguno siente mas que yo la destruycion dela patria.

Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie, & peste patriæ molestiam traxerit: tam doleo patriæ interitum, quàm qui maximè: sic doleo, ut nemo magis, aut nemini concedam

Siento como vos mismo vuestro pesar, o dolor.

Doleo dolorem tuum, doleo tuo mærore, sotius ægritudinis tuæ sum, particeps sum mæroris tui, de tuo dolore cõmunico, communis, par, simillimus, idẽ utriusq; dolor est: pariter ac tu, æque ac tu, similiter ac tu unn aliter, non secus ac tuiidem ut tu, nihile leuius quã tu doleo, dolorem suscipio, capio, traho, haurio,

Si no me creeys, pedildo a vuestro padre.

Si mihi fidem non habes fidem apud te si non habet oratio mea, roga patrem tuum, interroga patrẽ, quære de patre tuo, sciscitare, cognosce, patris tui sententiam voluntatem, iudicium exquire. Pedir, o preguntar.

Yo te suplico quan encarescidamente puedo, no me niegues esta merced,

Singulari studio, quam possum studiosissimè, valde hoc ex animo a te contendo: hoc a te ita postulo, peto, contendo, ut fortunas in eo meas positas putes: velim existimes, quod à te peto, id eiusmodi esse, ut meæ fortunæ omnes agantur, in eo consistant, locatæ, repositæ, constitutæ, sitæ sint, sic à te peto, quasi

in eo mihi sint omnia, quasi rationes ex eo meæ pendeant, ad unum illud referantur.

Excelente mente pinto Appelles la Venus del medio arriba.

Pintar. *Appellex Veneris caput, & summa pectoris politißima arte perfecit, mirè pinxit, egregiè fic, ut nemo meliùs, singulari expreßit, atq exornavit artificio, egregijs picturæ coloribus illustravit, perfecit, ac perpoliuit egregiè.*

Plazer dañoso. El deleyte incitaloshõbres a toda cosa mala

Voluptas ad ea, quæ minus decent, homines allicit: hominibus malorum esca voluptas est: multi ducem sequentes voluptatem, graviter offendunt: duce voluptate multi errant miserrimè: illecti voluptate, dulcedine voluptatis, blanditijs voluptatum, infortuna subeunt, calamitates adeunt, in miserias incurrunt: voluptate, tamquam dulci veneno, homines pereunt: iucundam, ac dulcem voluptatum consuetudinem tristis admodum, & amarus consequitur euentus, sæpe voluptatem excipit dolor: voluptas dolore terminatur: voluptatis exitus, doloris initium est.

Pleytear. Vn hermano contra otro pleytean.

Iudicijs turpibus fratribus conflictantur.

Poco. Poco lo he enojado.

Dedi operam, ut eum partè & molliter læderem, non id egi, ut eum graniter offenderem, nihil paullò gravius in illum cogitavi, commovere illum leviter

viter volui, non acerbe vexare.

Querria que tornases ala Poesia, Poesia.

Vellem te ad mansuetiores Musas referres, Vellem intermissa Poeticæ studia repeteres, redires in gratiam cum Musis,

Cesar enla guerra de España puso en gran aprieto la gente de Pompeyo.

Cæsar Hispaniensi bello Pompeij copias in summas angustias compulit, in maximas omnium rerū difficultates coniecit, eò redegit, ut omnium rerum penuria laborarent, inopia premerentur; conficerentur, pessimè acciperentur, in maximis angustijs, difficultatibus versarentur, plurimis incommodis afficerentur, plura sustinerent incommoda.

Sino puedo aprouecharte, no quiero ponerte en peligro. Poner en peligro.

Si tibi utilis esse non possum, incommodare tibi nolo, incommodo tibi esse, incommodo te afficere, incommodum tibi afferre, parere, præbere.

Por lo que ami toca, yo me contente, solo q̃ se haga sin poneros en peligro.

Quod ad me attinet, facile patior, modò sine tuo incommodo fiat: modò ita facias, ne tibi incommodes ne in commodo tibi sis, incommodo tibi sit, contra suum cōmodum sit, tuo commodo aduersetur: quod commodo tuo facere possit, commodè facere possis, sine molestia tua fiat.

Ya lo possee. Posser

Est in bonis, fruitur bonis, bona tenet, possidet, fructus capit.

Poderosos son los Venecianos.

Potestad. *Veneti opibus,& potentia valent,pollent, viget præstant,excellunt,affluunt diuitijs,opibus viget, neque diuitias,neque opes desiderant.*

No es costumbre vuestra hazer presentes o dar.

Presentar. *Donare cuiquam,dona dare,largiri, munus offerre cuiquam,donis quemquam afficere, donare quemquam munere,dona in quemquam conferre, munera conferre, liberalis in quemquã n esse,liberalitate uti,liberalitatem exercere non soles,non consueuisti.*

Vos days poco,porque teneys poco.

Parcus es in conferendis muneribus, quia copia tibi non suppetunt:angusta est tua liberalitas pro tenuitate copiarum:ideo benignus & liberalis vade non est, quia non valde abundas non valde copiosus es:qui potest esse prolixa, atque ampla tua liberalitas,cùm angusta sit res tua familiaris, largitis tenniter,infra modum potius,quam supra modum,quia non satis a copijs paratus es: ideo largent non das,quia quod des,non habes.

Mucho dinero me a costado mi libreria.

Precio. *Multorum nummorum est mea bibliotheca,pretij magni est,plurimi valet,magnæ æstimationis est.*

Ya e començado a entrar en honra.

Principio. *Ieci fundamenta dignitatis meæ, ingressus in laudem sum.*

Vos aueys sido principio de mi honra.

Dignitati meæ prefuisti: è te primùm fluxit, manauit, profectus est, ortus est, natus est, extitit honor meus: tu meæ laudis origo, fons, principium fuisti.

No quiero daros mal aguero.

Nolo tristius quidquam dicere, nolo malis ominibus hanc rem prosequi, nolo malè ominari. Pronostico.

En tanto que viuiere procurare mostrar, q̃ no soy ingrato.

Dum viuam, quo ad viuam, quatenus vitam producam, donec viuere licebit, dabo operam diligẽter, id agam omni studio, curabo, enitar, contendam in illud studium, illam curam, unam illam rem incumbam, id mihi propositum erit in omni vita, eò spectauit animus meus, eò curæ, cogitationesq́ meæ referentur, intendentur, eò mea consilia dirigentur ut me tibi nemorẽ gratiamq́ probem, parem ut gratiam, par pari ut referam, ut in me ingratum animum desiderare ne possis, ut officia tua paribus à me compensentur officijs, in omni meæ vitæ cursu nihil potius erit, nihil antiquius, res mihi non iam erit ulla proposita, nulla de re laborabo magis, nulli rei studebo magis, aut seruiam diligentius, quàm ut de te me optimè meritum esse leteris. Procurar.

La pobreza prohibe muchas vezes el conseguir honra.

Sæpe aditum ad honores intercludit inopia, viam impedit, cursum moratur, sæpe impedimento fuit, sæpe fecit inopia, commissum est inopiæ culpa, ex inopia contigit, ne liceret ad honores peruenire, ne Prohibir.

liceret expeditè progredi, procedere, cursum tenere in honorum via: egestas, rei domesticæ difficultas, rei familiaris angustiæ, domesticæ difficultates cum tibus ad honores impedimento obiecerunt.

Promé-timiẽto.

Cumplid vuestra palabra.

Dependendum tibi est, quod promisisti: volo stes promissis, promissa serues, fidem tuearis, fidem soluas, quæ promisisti, re præstes, cum tuis verbis facta consentiant: promissa tua exitus confirmet, ne fidem tuam fallas, falsa ne fuerint, inania, irrita promissa tua.

Procurar.

Hare lo que pudiere por vos.

Et me omnia in te studia, atque officia, quæ quidem ego præstare potero, velim expectes: mea omnia studia, atque officia tibi polliceor: præsto me tibi semper fore velim existimes, planeque tibi persuadeas: si quid ualebo tibi; hoc editum ex oraculo puta: hoc tibi confirmo, ac re præstabo, nullum me studij genus aut officij, quod in rem tuam sit, quod ad rem, laudem, dignitatem tuam valere videatur, ullo esse loco prætermissurum.

Si hazeys el viaje que aueys determinado seros ha prouechoso.

Proue-chofo.

Constitutum iter si suscipies, emolumenti, utilitatis, commodi plurimum, præstantem fructum capies, fructus colliges, valde erit è re tua, valde in rem tuam: tuis rationibus vehementer conducet: in eo tibi maximè consuletur, utilitas maxima consequitur

tur

tur:vehemẽter expediet:proderit,fructuosum erit, cum fructo,vtilitate,commodo,emolumento, bono rerum tuarum.

Si hallays prouecho proseguid.

Perge ut cœpisti,tene tuum institutum, tene quem cœpisti cursum:qua ire via cœpisti,ea perge; tuam consuetudinem tuere,ac serua,si tibi utile est,si utilitas tua ita fert, si suadet utilitas,si e re tua est; à commodo tuo,ex usu tuo, si ratio rerum tuarũ ita postulat.si tibi conducit,expedit,prodest, bono est, emolumento est,utilitati est,commodo est:si est, ut utilitatem capias.fructum feras,percipias,colligas, si fructuosum est.

Yo me empleo muy d̃veras en tu prouecho.

Toto animo de tuis commodis,ornamentisq́ cogito:tuam utilitatem assiduè specto, hæret in animo meo de tuis commodis assidua cogitatio si quid è re tua est,id maximè laboro:tuæ mihi rex, tuæ fortunæ curæ vehementer sunt.tuæ rationes:quid postulent,nunquam nõ attendo,omnis mihi de te,tuisq́ commodis cogitatio est:tuam utilitatem meæ spectant cogitationes omnes,meas curas ad tuum commodum omnes contuli,animus meus in tua utilitate fixus & locatus est.

Mucho le valio a Ciceron su eloquencia.

Fuit Ciceroni eloquentia summo emolumento, peperit emolumentum, commoda, utilitatem; copias, optima quæque emolumentũ attulit,profuit, fru

fructum dedit, tulit, attulit, comparauit, magnum ex eloquentia fructum Cicero tulit, cepit, percepit, collegit, consecutus est, admodum Ciceroni fructuosa fuit eloquentia, utilitatis eximiæ, commodorum neque paucorum, neque mediocrium.

No ay cosa mas prouechosa,

Nihil est uberius, fructuosius, conducibilius, ad utilitatem præstantius, maioris emolumenti, unde plus manet utilitatis, plus emergat commodi, plus existat emolumenti, nihil est ère magis, nihil magis ad rem pertinet, nihil pluris est: tantum continet utilitatis, quantum fortasse nulla res præterea, quātum haud scio annulla res præterea.

Hijo mio, las letras siēpre te aprouecharan.

Mi fili, semper usui, semper delectationi literæ tibi erunt, fructum tibi afferrent, & voluptatem in omni vita, numquam non utiles, numquam iucūdæ non erunt, te semper commodis, semper volupta te afficient: iuuabunt pariter, & oblectabunt in uniuerso tuæ vitæ cursu: vitæ tuæ par, atque adeò longior literarum utilitas, & voluptas erit.

Prudencia.

Con tu prudencia venceras los maliciosos.

Impetum perditorum hominum tua prudentia, tuum consilium, tuæ mentis acumen, et vis eximia franget, debilitabit, irritum faciet, inanem reddet, reprimet, retundent.

Muchas vezes los de grande animo no tienē prudencia.

Sæpe qui magnitudine animi præstant, pruden-

tia minus valẽt: sæpe cõtigit, evenit, usu venit, accidit, fieri videmus, non rarò fit, non parum, sæpe fit, ut animi magnitudinem comittetur imprudentia, ut in nonnullis magno animo præditis, animo præstantibus, prudentia requiratur, desideretur.

Trabajauamos de tomar puerto, mas el viẽto contrario lo estoruo. Puerto.

Portum reflante vento tenere non potuimus, portum inire conantes, adversi venti vis repulit, ac reiecit: ne portum obtinere licuerit, cum omni studio conaremur, ventus effecit.

Q

No quadra esto con lo que vos me aueys escrito.

Non est hoc tuis literis consentaneum, non convenit cum tuis literis, non consentit, non congruit, non quadrat, discrepat à tuis literis, dissentit à tuis literis. abhorret à tuis literis, alienum est à tuarum literarum sententia. Quadrar.

Vuestras costumbres cõ ninguno quadran o conuienen.

Cum nemine prorsus tibi convenit: tui mores ab omnium moribus abhorrent, aptus non es, ineptus es minimè accommodatus ad mores, ad cõsuetudinem, ad naturam, ad ingenium cuiusquam nescis uti cuiusquam consuetudine, alienus es ab omnium consuetudine, ac moribus, non facilè tuos mores ad cuiusquam mores conformas: morosus es, nimium, difficilis in consuetudine, & usu: ita te morosum, diffi-

illeq̃ præbes in consuetudine,ita mores aliorum fastidis,ut nemo te,tu neminem uti possis, ut neque tu quẽquã,neque te quisquã ferre posit: ut neque tu consuetudine cuiusquam, neque tua quisquam uti posit.

Es persona calificada.

qualidad o quilate *Honestus,grauis,plenus officij,bonus planè vir, & cum virtutibus,tum etiam fortuna satis ampla ornatus:animi bonis abundat, nec fortunæ tamen bona desiderat: animi bona multa,nec fortunæ pauca possidet.*

Vuestra virtud mueue a que todos os amé.

Amandus est propter multas suavitates ingenij, officij,humanitatis,tuæ tibi suavitates, tua virtutes amorem hominum conciliant, adiungunt studia gratiam pariunt,comparant,adipiscuntur.

Aueys mostrado como se quitaran los alborotos,y communidades.

Quitar. *Preclarum exemplum in posterum vindicandæ seditionis de Repub.substulisti.*

R

En mucho os tendran si venceys vuestros contrarios.

reputacion. *Pulcherrimè stabis in Senatu,si tuorum adversarium sententiam fregeris:locum obtinebis honestissimum in Senatu, magna tua erit in Senatum existimatio.*

Quanto mas perseguido sereys, alcançareys mas lustre.

Illustras

Illustrabit amplitudinem tuam inimicorum inin ria: quo plus ad te oppugnandum studij conferent inimici tui, quo erit gravior te impetus inimicorũ tuorũ, quo studiosius euertere te, ac tua cõmoda conabãtur, quo acrius, ac vehemẽtius in te irrũpent, irruent, incurrent, invadent, impetũ facient, impressionẽ facient, suas vires intendent, suos nervos contendent, sese immittent, eo maior ad tuã existimationẽ fiet accessio, eo plus accedet ad tuã laudẽ, eo clarius tuæ splendor dignitatis elucebit, eo clarior atq; honoratior euades, eo tua laus fiet illustrior, eo magis augebitur, amplificabitur, extolletur, illustrabitur honor tuus, eo sublimius tui gloria nominis ascẽdet, extolletur, afferetur, euehetur, eo plus amplitudinis, dignitatis: gloriæ, laudis, existimationis, honoris acquires, obtinebis, essequeris, cõsequeris, adipisceris, tibi parabis, tibi paries, tibi comparabis.

En poco os tienen.

Prorsus iaces: nullà tua existimatio est, nullũ apud homines locum obtines: nullo loco es, nullus es: nullo in honoro es, nullius te pretij homines ducunt.

Quien osara emprender el cargo dela Republica en tiempo tan peligroso,

Quis Rempubli. attingere, Rempub. capessere, suscipere, tractare, ad Rempublic. se conferre audeat, tot periculorum metu proposito, qui sibi tot impendere, imminere pericula intelligat: quis operam Reipub. dare, in Rempublic. versari, Rempub. gerere, administrare, ad Rempub. Regir. la Republica.

sua

sua estudia conferre, tot periculis impendentibus, in minentibus, animũ inducat, facilè ac libenter, velit.

Enel gouierno de la Republica, conuiene siempre tener la justicia delante de los ojos.

In administranda, tractanda. Rep. in administratione Reip. ius honestum, rectum tueri, spectare, sequi, nihil prӕterea debemus.

Gran pesar tienen algunos de verme honrado en esta Republica.

Sunt quos meus in hac Rep. splendor offendat, quos mea dignitas urgeat, urat, torqueat, excruciet, pungant, grauiùs afficiat, quibus dolori sit honor meus, quos amplitudo mea lӕdat, male habeat, dolore, molestiaq; afficiat.

Ya se que soys muy principal enesta ciudad,

Non dubito, quin summum atq; altissimum gradum ciuitatis obtineas: nulla me dubitatis tenet, nihil mihi dubitationis relinquitur, non est cur dubitem, quin ea consequaris, quӕ in Repub. putantur esse amplissima, quin futurus in ciuitate sis honestissimus, amplissimus eximius, honestissimo loco summo loco, singulare loco.

Honra os hazen todos.

Gran cuenta tienen con vos.

Vales autoritate apud tuos ciues: magnus atq; honestus es in ciuitate, magno es in honore, ac nomine, apud tuos Ciues: magni te facit patria tua, multum

ium tibi defert, multum tribuit.
En pocos dias aueys sabido mucho.
Paucorum dierum studio consequutus es, ut ali quo numero esses ut aliquid haberes inter homines honestatis, ut aliquem inter homines locum obtine res, ut aliquo apud homines loco esses; ut aliquam tibi adsciscceres existimationem, ne prorsus iaceres, ne planè ignobilis, obscurus, vilis, abiectus, nullius honoris, ac nominis esses, nec nullus omnino esses, ne nullo plane loco esses, ne tua esset inter homines obscura, aut infima condicio; parumper te honestauit, aliquo te in numero constituit, aliquem tibi locum tribuit, comparauit, peperit paucorum dierum studium.
La reputacion.
Existimatio, dignitas, honestas, honor, optima fama, amplitudo, honesta opinio.
Mucho estiman los libros que componeys.
Libri tui omnibus vigent, egregia de tuis libris opinio est, existimatio est, præclare de tuis libris omnes existimant, sentiunt, iudicant: tui libri magno apud omnes in honore sunt, omnium iudicio probātur, laudibus, ac testimonijs ornantur, in manibus sunt, in manibus habentur, manibus teruntur, sinu foventur, circumgestantur, circunferuntur, assidue tractantur, diligenter evoluuntur, acurate, ac studiose lectitantur.
Començare vn poco lexos mi razonamieto Razonamiento.
Alciùs paullo rationem repetam consiliorū

P rum

de largo principio. *rũ meorũ:longinqua repetã,ut apertius exponã: cõsilia mea:lõge repetã mei sermones initium,quò para tiàt illustriùs cõsilia mea,lõginquũ exordiũ capiet hic sermo,quem de meis consilijs habiturus sum.*

De nueuo se ha rebelado.

Rebelar se. *Ad eundẽ furorem redijt,iterũ defecit à fide,& à pristina mente defeciuit,discessit,abductus est.*

Mucho se a recreado vuestro padre con esta nueua de vuestra honra.

Recrear se. *Patrem tuum recens hic de tua dignitate nuncius allatus extulit lætitia,affecit lætitia,perfudit lætitia,lætitia cõplevit,lætitia cumulavit:pater tuus lætitiã cepit,sumpsit,hausit,lætitia est affectus, lætatus est,gavisus est,delectatus est,recreatus est, gaudium cæpit,iucunditatem hausit.*

Quiero yr a holgarme ala heredad.

Rus cogito,ut animum relaxẽ,animi caussa,ut animum parumper à molestijs abducã,ut aliquid iucunditatis degustem:ut aliqua iucunditate fruar ut animus reficiatur,recreetur,parumper acquiescat,à curis ut animum curis distractũ,varièq; dissipatũ recolligam ut amissam animi iucunditatẽ recipiam:ut quam mihi negotiorum & curarum odiosa consuetudo hilaritatem ademit,abstulit,eripuit, in me extinxit,perdidit,eam rerum iucundissimarum aspectu,atque usu recuperem,recipiam.

Gouierno bien la prouincia.

Recctor *Provinciam rexit præclare,egregie administrauit, cũ laude gessit:magna virtutis, & innocentiæ fama*

ma prouinciæ præfuit: in illius administratione prouinciæ summa virtus enituit ingerendæ prouinciæ laudes illorum æquavit, quorū nomina propter egregia facta, singularemq́ iustitiā perpetuò viuet in animis hominū, quorū vigebit memoria in omnes annos, multis testata, expressaq́ rectè factorum monumentis, quorum memoriam ob iustitiæ præclarà facta excipiet, ac tuebitur immortalitas.

Procurare de boluer en vuestra amistad.

Reconciliar.

Vt mihi tua voluntas reconcilietur, operam dabo, enitar, contendā, elaborabo, ut gratiam mihi tuā meo merito restituas, ut amissam recolligam beneuolentiam tuam, ut te mihi reddas, ut mecum in gratiam redeas, ut te mihi reconciliem, ut animus tuus qui erat antea, idem in posterum erga me sit: ut sis in me sicut antea animatus, ut si quid alienæ opinionis, aut pacum amicæ voluntatis aduersum me suscepisti, deponas, abiicias.

Eme reconciliado con mis aduersarios

Reconciliado.

Cum inimicis in gratiam redij, reconciliatus sum reiecto odio me coniunxi, pacem coiui: inimicitias, simultates, odia deposuimus, abiecimus: omnem veterum iniuriam memoriam, omnem ulciscendi voluntatē ex animo deleuimus: pulso odio successit amor odiū amore cōmutavimus: depositis odijs, mutuā beneuolentium suscepimus: orta est inter nos, vetere

prorsus extincto odio, mutua beneuolentia, animorum nostrorum in amore mutua consensio, ad amandum mutua propensio: animorum ac voluntatum similitudo.

Haueys me renouado mis congoxas.

refrescar las llagas *Dolorem meum refricasti, sopitum excitasti dolorem meum, quem dies iam pæne sanauerat.*

Riges te por parecer ageno.

Regirse, por voluntad agena. *Video te auferri aliorum consilijs: intelligo: sentio, non te tuo duci, sed alieno abduci consilio: videris, non ipse te in consilium adhibes, non ipse te audis, non ipse tibi pares, morem geris, obtemperas, obsequeris, assecutus, sed alieno uteris consilio, aliena te consilia regant; ab alienis consilijs voluntas tua pendet: non tibi dux es, verùm alios sequeris.*

La virtud te rehara lo que te a quitado la fortuna.

rehazer. *Quod à fortuna damnum accepisti, tulisti, refarciet, compensabit virtus: medebitur ijs malis virtus quò te fortuna coniecit, quibus te afflixit fortuna, quibus te calamitatibus implicauit fortuna, ijs te virtus expediet, ut acerbam fortunam sensisti, ita dulcem, ac suavem virtutem experieris: quantum detrimenti, incommodi, calamitatis, malorum à fortuna tulisti, tantos à virtute, atque adeò maiores fructus capies, percipies, feres, colliges.*

Hombres muy honrados me an relatado lo que aueys dicho.

relatar. *Tuus ad me sermo per homines honestissimos perlatus*

perlatus est:tuum ad me sermonem detulerant homines honestissimi,mihi significarunt, aperuerunt narrarunt:ipsa mihi verba tua exposuerunt.

Nunca podre yo pagar estas mercedes.

Nullam umquam tuorum meritorum partem assequar: numquam non modo referenda sed ne cogitanda quidem gratia tuum beneficium consequar. Remunerar.

Yo pagare cumplidamente lo que por mi aueys hecho.

Qui tibi ex me fructus debentur, eos uberrime capies,percipies,ex me colliges,feres: remunerabor te,remunerabor tua merita, reddam beneficia,parē gratiam referam,tuis beneficijs respondebo,quæ debeo solvam,eo,quo premor,tuorum beneficiorū onere levabor: beneficia beneficijs compensabo:probabo me gratum,ac memorem paribus officijs: cumulatè tuis in me meritis satis faciam:quæ in me contulisti,eadem recipies:aut paria : laxabo me quasi vinculis quibusdam,si planè solvere non potero beneficiorum tuorum.

Yo procurare que tengas vida descansada, y con reposo.

Præstabo tibi otium:efficiam,ut quiete fruaris, ut quietè agas,quietè vivas,quietam vitam ducas, ut summa sit rerum tuarum tranquilitas : summa tui animi quies:ut otio tibi frui liceat,otiose viuere,otiosum vitam agere,peragere,ducere, traducere,viuere. Repo

Obligado es cada vno a mirar el bien comũ como el suyo proprio.

Debet unusquisque suam volnntatem ad publicam caussam aggregare. Remp. curare, Reipu. curationem habere. Reip. rationibus consulere eo studio debemus, quo rem nostram familiarem, quo fortunas nostras, quo priuata commoda tueri, complecti, fouere solemus. unusquisque æquè publicam rem curet, ac priuatam.

Republica.

Sin duda vos teneys el principal asiento en esta Republica.

Non dubito, quin summum atque altissimum gradum ciuitatis obtineas.

Mucha honra gano vuestro padre en gouernar esta Republica.

Pater tuus eximiam ex hoc magistratu laudem collegit, tulit, cæpit, adeptus est, consecutus est, præclarè pater tuus hanc honorem gessit, egregie se pater tuus in hoc munere tractauit, pater tuus hunc magistratum pro sua, reiq; publicæ dignitate administrauit,

En esto reprehenden los Stoicos al Epicuro.

In hoc Epicurum Stoici male accipiunt, exagitant, insectantur, conuitijs urgent, carpunt.

reprehẽder

Reprehendenme, culpanme,

Vitio mihi dant, vitio vertunt, fraudi tribuunt, hoc in me conferunt, hoc mihi adscribunt, hac me culpa condemnant, hanc in me culpam conferunt,

huius mihi culpæ notam inurunt, hocque nomine accusant.

No me tengo yo por tan auisado, Reputar

Hoc mihi non sumo, non assumo non arrogo, nō adiscō: ad hunc me sapientiæ gradum peruenisse nō puto: eam mihi sapientiam contigisse non sentio: fateor eò me sapientiæ non peruenisse, eam me sapientiam non esse, non usque adeò me sapere: non ita mihi placeo, non ita mihi assentior, non eam de me opinionē suscepi, non ita me effero, non mihi tantum tribuo, non in me tantum statuo, pono, loco: non ipse mihi tanti sum, non ita ualdè me amo, non ipse me tanti facio, æstimo, pendo, puto, reputo, duco.

E resistido a su desenfrenada codicia. Resistir.

Improbam illius cupiditatem resataui, repressi, retudi, fregi obieci me, oppōsui illius cupiditati, libidini, intemperantiæ, feci, atque effeci, ne posset cupiditati suæ satisfacere, libidini obtemperare, inique cogitata perficere, improba consilia ad exitum perducere: longius cupiditatem processisset, nisi ego incurrissem; obuiam iuissem, impedissem, impedimento fuissem impedimenta obiecissem: rapiebat eum cupiditas, ego repressi: efferebat eum libidinis impetus, ego modum statui.

Por tu respecto me duelo, Respecto.

Tua causa doleo, dolor meus à te est, prouenit, proficiscitur, manat fluit, tu pars, dolorem meum tua caussa sit, ut doleam.

El se perdio por no tener respecto a quien

 era

era obligado.

Cecidit, concidit, perditus est, extinctus est, periyt, exitium, perniciem, ultimam calamitatem subijt, sustinuit, tulit, perpessus est: sensit, extremam fortunam subijt, adiuit, sensit: deductus est in miserrimam vitam, summas miserias, summas calamitates, durisima quæque, acerbissima quæq; miserrima quæque, postrema quæque, quia quos maximè debuit, eos minime veritus est, contensit, nihili fecit aspernatus est, nullo loco habuit, minimi duxit, habuit in postremis, quos minimè debuit, quos minime æquum erat, nullam rationem habuit, duxit eorum voluntatis, aut commodi, à quibus pendere, quorum voluntatem, remq; spectare, quibus consulere, quorum rationibus consultum velle debuit: quorum voluntati parere, obsequi, morem gerere officio cogebatur.

Ribera, Huelgome mucho en la ribera de la mar.

In maritimis facillimè sum: jucunde versor in maritimis: maritima loca cum voluptate frequento maritima regione libenter utor: in ora maritima versari, iucundum est, maritima sedes me capit, oblectat, tenet, pascor maritimæ regionis aspectu, meis oculis regione maritima nihil est iucundiùs: miram haurio incnuditatem maritimæ regionis aspectu.

Rico. Tiene mucho dinero.

Bene nummatus est, bene peculiatus, bene paratus à pecunia, instructus à pecunia, abundat nummis, copiosus est pecunia, minime pecuniam desiderat,

rat, multum habet in arca, refertus est pecuniis, pecunia: illi multum est pecuniæ, multam possidet, magnam auri vim, argentiq́; possidet, in numerato multum habet.

Poco dinero corre.

Incredibiles pecuniæ sunt angustiæ: mira nummorum penuria est: summa nummorum difficultas est, pecuniæ minimum tractatur: usus pecuniæ propè nullus est.

Ricos estan los mercaderes de Florencia.

Rem possident bene magnã, amplissimam, uberrimam, copiosam in primis mercatores Florentini, diuitias tenent summas, diuites oppidò sunt; locupletes, opulenti, copiosi, à reparati, instructi: firmi, bene nummati, bene peculiati: ampla res est, prolixa, copiosa, minimè angusta, bene multa mercatoribus Florentinis: ampla re utuntur, prolixa, copiosa, bene multa.

De muy rico, façilmente puede vno venir a ser muy pobre.

Quæ nobis fortuna largitur, detrahi, eripi, adimi auferri, mutari facilè possunt, admodum incerta, instabilis, dubia, infirma diuitiarũ possessio est: usum diuitiarum nemo sibi certum, ac perpetuum potest promittere: quis præstare posit, diuturnam fere diuitiarum possessionem?

Quien podria por rico que fuesse, sustentar tan gran gasto.

Quis ita firmus ab opibus est, quis ita fortunæ

bonis affluit, atque abundat; cuius tantæ diuitiæ sunt, quis tantùm possidet diuitiarum; quis opibus adeo pollet, cui res familiaris ita copiosa est cui tantum fortuna largita est, de suis bonis impertivit, cõmunicavit, ut sustinere sumptum possit: ut respondere sumpti possit; ut sumptum ferre satis possit? ut quantum res postulat, tantum facere sumptum, tantum erogare possit.

Era assaz rico.

Satis erat divitijs instructus, munitus, paratus à re: res erat ei familiaris satis ampla: satis habebat, satis possidebat divitiarum, satis ei divitiarum erat, minime erat ei angusta res domestica, satis valebat opibus.

Detente por alla lo que quisieres, con tal q̃ bueluas rico a la patria.

Serius potiùs ad nos, dum plenior, instructior, copiosior, ditior, locupletior, opulentior, à re firmior, à diuitijs instructior, ob opibus paratior.

Tengo de cobrar dinero por cambio.

Pecunia mibi ex permutatione debetur.

Dizesse, que los enemigos nos corren la tierra: talando los campos.

Robar el cãpo. *Decursionibus hostium audio regionem infestari, vastari, loca diripi, excurrere hostes audio & loca diripere, incurrere hostes in regionem dicantur, & ex ea prædas agere, eam damnis afficere, rapinis exhaurire, exinanire, vastare prorsus, ac perdere.*

Yo

Yo ruego quan encarecidamente puedo por nuestra amistad.

A te maximoperè pro nostra summa coniunctione etiam atque etiam peto, & quæso: precibus tecum ago quàm possum diligentissimis, rogo te quam studiosè possum, da mihi, hoc largire, sine me hoc à te impetrare, hoc in me confer gratiæ, noli pati meas esse irritas & inanes preces, sit apud te meis precibus locus, èxaudi eripe meas preces, ne me rogantem supliciter à te reijcias, meis precibus facilè te præbe Rogar.

Rogome humilmente, y casi llorando, le cũplie lo prometido.

Meam fidem implorauit, supliciter mecum egit rogauit me quam supliciter potuit, vt fidem præstarem, tuerer, seruarem, soluerem, ut starem promissis ut in fide permanerem, ut promissa persoluerem.

Tiene hermosa cara esta dama.

Facie liberalis est, facie liberali facies ei liberalis est, pulchra, formosa; quæ admodum alliciat, quæ amorem conciliet. Rostro.

No eres platico, poca experiencia tienes, no eres auisado.

Rudis es, imperitus, nullius experientiæ, usu minimè doctus, usus expers, rudis in rebus nouus, tamquam hostes, planè peregrinus, ab usu rerum imperitus, parum versatus in rebus rerum insciens, ignarus, expers, peregrinans in rebus, res non tractasti, experientia vacas, usum non habes. Rudo.

Yo he salido de vn grandissimo trabajo.

Salir de fatiga

Perfunctus sum labore grauissimo, labori finem feci finem imposui: laborem terminavi, ad finem, ad exitum perduxi: laborum sustinui, quo ad oportuit.

Sano estoy.

Sano.

Bene me habeo: mihi bene est, satis commode, satis bellè habeo, benè valeo: cōmode valeo: valetudi ne bona utor: mihi est, ut volo: quales cupio vires possideo viribus utor firmis, roboris viriū, valetudinis habeo satis.

De sabios es acomodarse al tiempo.

Seguir el tiempo.

Tempori cedere, necessitati parere, res ad tempus accommodare, uti tempore, quæ tempus postulet, ea seruare atq̃ exequi, sapientiæ est, sapientiæ est, sapiētis est, decet sapientem, ad sapientem pertinet: qui tempus consulit, qui rationem temporis habet, qui nullam rem agit, quam tempus improbare videatur, is vere sapiens est, hunc vere sapientem dicas, sapientem qui hunc appellet non errabit.

Bien informado estoy de tus cosas.

Saber.

Novi, cognitum habeo, probè teneo statum rerū tuarum: qui sit rerum tuarum status, optimè scio, præclarè novi, egregiè intelligo, de tuis rebus planè mihi constat, exploratum est, exploratum habeo, cōpertum habeo, mihi dubium nō est obscurum, nō est non me fugit, latet præterit status rerum tuarum,

Tened por cierto, que es el mejor amigo q̃ teneys.

Saber de cierto.

Sic habeto, illum nemini concedere, qui te magis

ex animo diligat, te illi neminem esse rariorem, neminem illo esse ad te amandum propensiorem, singularem illius esse in te beneuolentiam, summam in illo esse ad te amandum animi propensiorem, velim sic babeas, pro certo babeas, planè credas, tibi persuadeas, prorsus animũ inducas, in animũ inducas, cùm animo tuo cõstituas, pro certo babeas, pro explorato, pro cõperto, oraculi loco, minimèdubites.

A vn sabio como vos, le esta muy bien confessar que la verdadera alabança nace dela virtud.

Tuæ sapientiæ est, veram laudem in una virtute positam existimare: pertinet ad sapientiam tuam spectat ad eam sapientiam, qua tu excellis: est eius sapientiæ, quæ in te elucet, viget, tuum est, qui sapiens & haberis. & es, qui sapientia præstas, abundas, in quo sapientiæ plurimum est, virum sapientem, qualis es tu, decet animum inducere, pro certo habere, sic habere, ita credere, existere verè laudem nasci, fluere, manere ab una virtute, verum decus in una virtute situm esse, locatum, constitutum, solidam gloriam non aliunde, quàm à virtute, pẽdere. Sabiduria.

Animoso era Alexandro enla batalla, pero no sagaz.

Animi vim, magnitudinem, præstantiam, ostendebat in prælijs Alexander, consilium in vitandis periculis ei, deerat, animum in Alexandro pugnante lauderes, animi virtutem laudibus efferres, consilium & prudentiam in periculis desiderares, requi Sagaz, o cauteloso.

re-

reres, consilium non habeat satis. Alexander ad vitanda, effugienda, declinanda, cauẽda pericula, animo quidem in pugnis excellebat, fortẽ in pugnis animũ gerebat, forti animo pugnas pugnabat, prælia tractabat, rem gerebat in pugnis.

Nunca salis de vuestra camara.

Salir. *Nunquam egrederis cubiculo, pedem è limine cubiculi nunquam effers, extra cubiculum nemo te vnquam videt, perpetuò tibi sedes cubiculum est.*

Salud. E dado salud o libertad a mi patria.

Patriam seruaui, patriam ab exitio vindicaui, patriæ incendium extinxi, salutẽ attuli, peperi, dedi patriæ, opera mea patria stat, cadentem patriã sustinui, labantem confirmaui, labentem excepi, ego salus patriæ fui, à me salutem accepit patria, patriam ab exitio, à pernicie, ab interitu, à peste eripui, liberaui, tutatus sum, patriæ mala sanaui, patriæ salutẽ attuli, incolumitatem peperi, pestem abstuli, grauiter laboranti patriæ opem tuli.

Yo beso las manos de v.m. por lo que me a hecho en saludar de mi parte a hulano.

saludar. *Quod eum saluere a me iusseris: meo nomine salutaueris, quod ei meis verbis salutem dixeris, amo te plurimum.*

Los salteadores, de subito, o sin ser vistos, acometen al caminante.

Saltear. *Latrones ex insidijs, ex occultis locis, subito, repẽtino, improviso, nec opinato impetu viatores aggrediun-*

grediuntur, adoriuntur, invadunt, petunt, viatoribus invadunt, in viatores invadunt, irruunt, impetum faciunt, impressionem faciunt, incurrunt, insiliunt, sese immitunt, sese injiciunt, sese inferunt.

Con difficultad sanan, los que sin orden comen.

Non facilè convalescunt, quibus neque quātum comedant, neque quid comedant, curæ est: qui quod comedunt, neque quantum, neque quale sit, animadvertut quibus omnem in cibis modum, omne iudiciū omnem prorsus rationem gula eripuit: quibus neque modus edendi, neque ulla diligendi sibi ratio est qui & plus appetunt in mensa, quàm satis est, & ex eo genere, quod obsit. Sanar, o curar.

Toda la tierra, o region a saqueado,

Provinciam diripuit, vastauit, de prædatus est, rapiuis exinanivit, ex hausit, prædas egit è provinciam Saquear

Todos os lo tendran abien, si lo hazeys Satisfazer con todos.

Omnibus approbantibus hoc facies: nemini non satisfeceris: hac tuum factum nemo reprehendet: nemo non probabit, nemo erit, qui non probet: hoc tuo facto lætabuntur omnes.

No dó sufre este tiempo ni sazon. Sazon.

Anni tempus non fert, non permittit, non concedit, nō patitur, alienum est, parum aptum, adversum anni tempus, non licet per anni tempus: adversatur anni tempus, pugnat cum ipsa re temporis ratio, aliud plane tempus res postulat, desiderat requi

requirit, rei maturitas non adest, non conuenit cum re tempus.

Secreta-mente, Algunos ay que os quieren mal de secreto.

Nonnulli sunt in te obscurius iniqui.

Segunda razon. La segunda cosa que me consuela, es el acordarme de mis desdichas passadas.

Secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum: altera est ratio quæ mihi solatium affert præbet, parit, solatio est: alterum illud est, quo sustentor: ac recreor: illa est, quæ me consolatur, altera ratio, accedit illud ad animum meum sustentandum: de inde sustentor meorum malorum memoria.

Seguri-dada. Siendo tu virtuosissimo no podra dañarte la fortuna.

Fortunæ vim tuæ virtutis amplitudo vincit: munisti te virtute contra fortunam, septus est virtutis præsidijs aduersus impetus fortunæ: nihil tibi nocere, obesse, incommodare, cum virtute viuenti, virtute colenti, fortuna potest, tutus es à fortunæ iniurijs, securam vitam ducere tibi licet, quia cum virtute viuis, non tibi varij casus impendent humanæ vitæ qui virtute excellas quem virtus tueatur, tegat, protegat, muniat.

Semejança. Veo tus cosas muy semejantes a las mias.

Rerum mearum imaginem video in rebus tuis: plane res meas in tuis agnosco; res tuas mihi à meis intelligo differre, nihil discrepare; congruunt res tuæ cum meis, rerum nostrarum eadem ratio est, nulla dissimilitudo: qui tuas res intuetur, meas intueri se

tueri se dicet: tuæ res nihil differüt à meis, inter res nostras nihil interest: nihil est, quo res tuæ different à meis.

No ay señorio tan grande que la fortuna no lo abaxe. Señorio

Facilè summos hominum principatus fortuna delet, evertit fortunæ vis opulentissima regna: nulla est potestas tanta, quam fortunæ potestas non exurperet, quæ fortunæ potestati non cedat, quæ fortunæ viribus frangi non possit: parvo negotio summos dominatus fortuna tollit, extinguit, labefacit, euertit.

El muerto ninguna cosa siente.

Nullus in morte residet sensus, mors nullum habet sensum, mortui sensu carent, mortuis nullus inest sensus: extra sensum mors est, sensus à mortuis abest morte sensus amittitur, sentiens divis morte extinguitur. Sentido perdido.

Apollonio seruia bien a Crasso en sus estudios. Seruiren el estudio.

Erat Apollonius ad Crassi studia vehementer aptus, optima suis in studia Crassus Apollonij opera utebatur, egregiam Crasso in studijs operam nauabat Apollonius: erat Apollonius utilis Crasso in studijs, admodumq; commodus: utebatur multum Apollonio Crassus, fructum Crassus in suis studijs capiebat optimum ex opera Apollonij.

Aquel va camino seguro, que se emplea todo en seruir a Dios.

Qui se Deo dicat, addicit, dedit, totum tradit

Seruir a Dios. *optimam partem elegit:rectam init viam: cursum capit laudabilem, praeclarè vitam instituit, egregiè sibi consulit, sapienter facit: qui se ad vnum Deum confert, qui suas omnes cogitationes, omnia studia in vno Deo figit, ac locat, qui ab vno Deo pendere vult, qui vnum Deum curat, contemnit cetera, qui diuina studia praetereà nihil colit, qui Christianam: pietatem non communi, vulgariq; instituto, sed pro prio quodam studio, propria quadam mentis inductione complectitur, is omnium optimè suis rationibus consulit, ac prospicit.*

En toda cosa soy obligado a seruir a V.M.

seruicio. *Omnia tibi studia, omnia protsus officia debeo: tuis beneficiis praestare cogor tua caussa: quidquid: possum, quantum valeo, quantum consequi viribus possum quantum est in me situm tua in me beneficia, meum curat studium, meum officium, omnes à me curas: omnem industriam, omnia deniq;, quae in me, sunt, non solum postulant, verumetiam exigũt Quid est, quod ego tua caussa non debeam, obsequi, tuae voluntati, morem gerere, parere, inseruire prorsus in omni re debeo.*

Este es juez delos pleytos en diuersos pueblos,

ser juez. *Modo in hoc modo, in illo oppido forum agit ius dicit, litigantes audit, res indicat, causas cognosci iudicat de contrauersiis, disceptat, ius administrat, distribuit.*

Yo lo tengo por bien con tal que se haga sin daño vuestro. sin daño vuestro.

Quod ad me attinet facile patior, modo sine tuo incommodo fiat: modò ita facias, ne tibi in commodes, ne incommodo tibi sis incommodo tibi sit, cōtra tuum commodū sit, tuo commodo aduerseter, quod tuo facere possis, commode facere possis, sine molestia tua fiat.

Camillo libro a Roma, quando los Franceses la tuuieron cercada.

Camillus vrbem Romam obsidione Gallorum exemit, liberauit, ab obsidione vindicauit, ex obsidione eripuit, obsessam, septam, copijs Gallorum vndique cinctam, oppressam liberauit, in libertatem restituit, libertati restituit, libertate donauit, liberam reddit, seruauit, seruauit incolumem, saluam incolumemq́; reddidit, salute atque incolumitate donauit: Gallos vrbem obsidentes; obsidione prementes, vrbis libertati, castris circa collocatis, imminentes: obsidionis corona cingentes, circunsidentes, castris positis ad vrbem sedentes expulit, eiecit in fugam conuertit, fugauit, dissipauit: fudit sum mouit. sitiado o cercado.

Sitio a Padua.

Apud patauium castra posuit: locauit, constituit, fecit: metatus est castramentatus est: Patauium, obsidione cinxit: obsedit, suis copis, suo sepsit exercitu.

La piedad Diuina facilmente ayuda a los afligidos.

socorrer *Afflictos facilè diuina pietas excitat, egentibus opē fert, miseros sublevat, desperatione debilitatos confirmat, fulcit, sustinet, laborantibus subsidio est.*

soldados Los mas valientes soldados murieron.

Periere milites virtute præstantes, interijt egregia militum manus, fortitudine excellens, cuius virtuti committi multum posset, flos exercitus, & robur vniuersum, sobolesq̄ militum cecidit.

Sospecharan que eres poco leal.

Sospechar. *Venies in suspicionem infidelitatis, parum bonæ sincæræ, rectæ fidei, tua fides in suspicionem adducetur, indubium venit, in dubium vocabitur, erit cur de tua fide non verè homines existimenti suspectus eris nomine infidelitatis: caussam afferes de tua fide secus existimandi.*

No puedo sufrir la nescedad de algunos.

Suffrir. *Non nullorum stultitiam non facilè fero, ægrè sustineo, haud satis æquo animo fero, adduci non possum, inducere animum non possum, in ducere animum minimè possum, à me ipso non queo impetrare, dementias non nullorum vt animo iniquo ferat.*

Sin, tardar hare lo q̄ me aueis encomẽdado.

Subitamente. *Confestim, è vestigio, quamprimum, statim, actutum, primo quoque temporum: i. lico, sine mora, sine cunctatione, nulla facta mora, nulla interposita mora, omni prorsus, ab iecta mora, ne minimo quidem spatio temporis enteriecto, exequar tua mandata, quod mandasti perficiam, tuis mandatis parebo effe*

ctum

Item dabo quod mandasti, praestabo quod à te mandatum est.

Yo lo hare de presto.

Rem aggrediar sine mora, absque mora, statim, confestim, è vestigio, nulla mora facta.

Creo que sera en este negocio lo q̃ yo espero.

Exitum, res habebit, mea quidẽ vt spes fert exoptatum, fælicem, qualem volumus, optamus: res animi nostri sententia succedet, successures, quo volumus, eo concludetur, ac terminabitur, euentus rei erit optimus, euadet res quo volumus, non aliter cadet ac volumus, sequetur id, quod optamus. optatis fortuna respondebit, rem consequetur exitus, euentus, finis optatus. Sucesse

Iuzgaran de ti, segun el fin del negocio.

Ex euentu homines de te existimabunt, rei exitũ hominum iudicia consequentur, vt res cadet, vt succedet, vt euenerit, vt ceciderit, ita de te homines iudicabunt, qualis erit finis, extus, terminus, euentus conclusio erit, talem de te opinionem homines suscipient, congruent cum exitu res, consentie ne in vtrã que partem hominum de te iudicia.

No se que sera.

Quid casurum sit, euenturum sit: quid cadere quid consequi posit, ignoro non dispicio, quid tempus laturum sit, exploratum non habeo. latent me quæ nasci possunt: futura me fugiunt non assequor.

coniectura,diuinare non possum,aut mente percipe re quærere,parere,patefacere dies ipsa potest:futuri casus aperti mihi non sunt,mihi non patent, me fugiunt,prætereunt, latent.

Temo que no sucederan tus estudios como todos esperamos.

Vereor ne quam de tuis studijs expectationem cõcitasti,hanc sustinere,ac tueri põsis: vereor, vt studia tua expectationi hominum respondeant : timeo:ne studiorum tuorum euentus ab hominumo pinione dissentiat,alius atque expectatur, exitat timeo,tuis studijs, non is qui expectatur exitus contingat:magna me dubitatio tenet,ne nõ eum, quem homines expectant studia tua fructum ferant.

Desseo que te suceda como desseas.

Quod actum est,dij approbent succedat ex animi sententia,succeda optime,egregie,præclarè cadat, procedat, optatum finem sortitur,exitum habeat, cum animo tuo congruentem,quem vis euentum, ferat:acta dij fortunent, confirment, rata esse velint.

Creo que mi negocio vendra al fin que yo espero,

Puto fore, vt rem ex sentẽtia geram.feliciter expediam,conficiam,ad eum,quem volo,exitum perducam,felici exitu concludam,efficiam,opinor, vt res optime succedat,vt exitum res habeat, qualem optamus,ne res contra quam volumus succedat, ne quid aduersi contingat in re,ne sit infaustus, ade

uersus, alienus à nostris voluptatibus, alius atq; volumus, exitus rei, euentus rei finis, ac terminus, spero futurum vt in hac re meis optatis fortuna respondeant: cum animo meo fortuna consentiat, ab animo meo fortuna minimè dissentiat, nihil aduersi fortuna obijciat, nequaquam fortuna repugnet, resistat obsistat aduersetur, sese opponat, suã vim obijciat impedimentũ vllũ iniiciat, occurrat, obuiã eat: futurum existimo, vt in hoc secunda, facili prospera propitia, per benigna fortuna vtamur

Dios te de buen sucesso.

Quod actum est, dij approbent, fortunent, secundent, bene velint succedere, felicem ad exitum perducant, dij faxint, vt id, quod actum est, felix, faustumq; sit, optimè succedat, prosperum habeat euentum: dij faueant, probent, ratam esse velint, actum, feliciter, quod actum est: vtinam ex hac re contingant ea, quæ cupis, optata omnia contingant, nihil cõtra voluntatem eueniat, omnia secunda fluant, summa, felicitas emanet.

No auia necessidad de vuestra escusa, comigo.

Superuacanea fuit tua apud me excusatio: officium excusandi sine caussa suscepisti non erat cur te excusares, caussam excusandi nullam habuisti, minimè necessaria fuit excusatio tua, tuam excusationem non desiderabam, non requirebam, non expectabam. superfluo.

T

Temor tengo no os engañe la esperança q̃ tenemos de vuestros estudios:

Temor tengo.

Vereor, ne quam de tuis studijs expectationem concitasti hãc sustinere, ac tueri non posis, vt reor, vt spectationi tua studia respondeant, ne tua studia expectationi non respondeant, ne cum hominum opinione non consentiant, ne alium, atq; expectatur exitũ habeant, ne qui spectatur fructum non pariant, ne quo speratur, quo spectatur, exitu concludantur.

Todos tienen por cierto que aueys de ser vn hombre muy importante.

Magnum quendam, atq; excellentem virum te sperant futurum, expectantur à te, quæ à summa virtute, summoq; ingenio expectanda sint nihil humile, nihil vulgare, nihil angustum, omnia excelsa, ampla, mira, diuina, prorsus à te expectantur.

Tanto mal esperamos, que sera mejor morir antes de verlo.

Tiempo de aduersidades.

Ea temporum impendent conditio, vt optimè actum cum eo putem, si quis ante ex vita dicesserit: omnibus omnia impendent, mala, manent omnes, impendent omnibus, vrgent omnibus, aduentat appropinquat, iam eadem calamitas nemini recte erit: nemo erit, cui pessime non sit, qui pessime se non habeat, qui non aduersa fortuna vtatur, qui non aduersis fortunæ fluctibus iectetur: communis erit, eadẽ

omnium

omnium par, si millima fortuna, suum quisq; miseriarum pondus sustinebit, v xabit omnes eadem calamitas, miserrime cũ omnibus .atq; infeliciter agetur: expers malorum nemo erit, miserijs nemo vacabit: malorum incendio flagrabit vnusquisq;

Muchos, en tiempo de prosperidad fuerõ tenidos por sabios, sin serlo.

Multi cum sapientes non essent, summæ tamen sapientiæ nomen prosperis temporibus intulerunt, nacti sunt consecuti, adepti, multi cum sapientiam haberent nullam, summam tamen posidere fecundis temporibus crediti sunt in prospera fortuna, secunda: læta, felici, optima, secundis rebus, rebus ad voluntatem fluentibus, cumnihil esset aduersi, cum rebus omnibus esset optime, cum omnia facillimo cursu procederent, iucundissimis, letissimis, optimis temporibus.

Tiempo prospero.

En auiendo buen tiempo nos embarcaremos.

Quæ prima nauigandi facultas data erit, ea vtemur, nacti tempestatem opportunam, idoneam, aptam, minime aduersam prosperam secundam, discedemus, soluemus, proficiscemur, vela faciemus.

Tiempo bueno.

El es, el tuautem.

Penes eum potestas, omnia sunt, est imperandi ius est in omnibus imperium, dominatur, imperat, regnat: tenet omnia, rem tenet publicam, arbitratu suo cuncta moderatur, ac regit, eius in manu sunt omnia:

Todo mand

nia: eius ita potestas latè patet, vt omnia complecta tur, eius dominatu nihil vacat, ad eum omnia sunt delata, eius voluntas pro legibus est: ab eius volũta te: ac nutu pendent omnes omnia posita sunt in vni us voluntate.

Mejor es viuir llano, que nomandar a mu chos.

Tanti non est, multis mortalibus imperare, quanti nobiscum hic vitam ducere.

Yo mandaua y agora me mandan,

Sedebam in puppi, clauumq́ tenebam, nunc vix in sentina locus, li bertatem seruitute commutaui: à summo potestatis in infirmum seruitutis locum decidi, de ictus. de turbatus, de trusus, de pulsus à fortuna sum imperandi, meum erat ius nunc me ser uiendi necessitas præmit, dominatum, & cum do minatu libertatem perdidi: tantum abest. vt imperẽ vt nec liber sim.

Traba jtoso,

Este es vn negocio muy fatigoso.

Hæc magni negotij res est, admodum operosa, oc cupationis non exigua, eiusmodi, vt curam ac dili gentiam non mediocrem postulet, non leuiter curan da, non frigide, aut languidè agenda, tractanda vi deatur,

Tributa rio.

Estos campos pagan alcauala, pagan tributo.

Fructuari sunt hi agri, non sunt immunes, tri butum soluunt, publicè aliquid pendunt, vectigales sunt.

No os detengays, si veys modo para alcāçar el reyno.

Si tibi certum est si habes exploratum: si procer to existimas posse te illius regni potiri, cunctandū non est, differendum non est, producemda res nō est proferenda, proroganda: protra benda, extrahenda: longius ducenda, sine mora, sine cunctatione, sine vl lo temporis interuallo aggrediendа res est tentanda incipienda, facienda mora non est interponenda mo ra nulla est, omnis est abijcienda mora. immorari cunctari, lentè agere, indormire non oportet. tardā.

Ya anochece.

Aduesperascit, vespertinum crepusculum adest nox aduentat, lucem tenebræ pellunt, vesperum ap propinquat, diei iam succedit, nox, dies abit nocte ad uentante, cedit iam nocti dies. tarde haze.

Aueys me quitado todo el temor que tenia.

Abstersisti mibi omnem metum, omnem mihi metum exemisti, omni me liberasti me tu, effecisti, vt omnem timore m de ponerem, vt adderem: forti animo vt essem, vt animo vigerem: nequid timerem vt metu vacarent, animum meum confirmasti, ad fortitudinem reuocasti, afflictum à te est vt animus meus, qui iacebat, exsurgeret, exercitaretur, erigere tur, effecisti vt animus meus sese coligeret, atque cō firmaret, roborisq́ multum reciperet, languebat an tea meus animus, tu vt valeret, ac vigeret effecisti, Temor

Yo te quiero librar de temor.

Abstergere volo animi tui metum,leuare te me tu,liberare me tu,à metu abducere,metum expelle re,reijcere,auferre,animum confirmare,constituere efficere,nequis animum tuum metus perturbet affi ciat,cõmoueat,exagitet.

Soys temero so o cobarde,

Temeroso. *Exigui,pusilli,infirmi,imbecilli animi es,infir mus ab animo es,animo iaces,iacet animus tuus,ro boris ac neruorum in animo tuo parum est,nimium demisso,nimium imbecillo animo est . animus tibi sine animo est,abest animus,ab animo tuo facile cõ mouerit,facile animo concidis,languet animus tuus animo non viges,non viget animus tuus: animum in te desidero,requiro.*

A algunos les pesa,o parece mal,verme fauo recido enesta Republica.

Tener a mal. *Sunt,quos meus in hac Republica splendor offen dat,lædat,pungat,angat,solicitet,afficiat,vrat,do lore,cura molestia,solicitudine afficiat . florere me dignitate,existimatione,honore,tantum honoris mi bi dignitatis in Republica esse.auctoritatis gratiæ, existimationis,splendoris:non nulli moleste ferunt grauiter,acerbe ægrè,iniquè,iniquo animo,non satis a quod animo non facile,non leuiter,non patienter, tangit animos quorundam , solicitos habet quos dã hic esplendor meus,hæc species,dignitas.*

Hasta oy poco he curado de interesse,o pro uecho mio.

Nullam hactenus vtilitatis meæ rationem habui. Tener cuenta.
nullam rationem meis operam dedi: de vtilitate mi nimum laboraui, vtilitatem minimè expectaui, curaui, quæsiui: sequutus sum: nullum in vtilitate studium posui, nihil industria locaui, nihil opere cõsumpsi, diligentiam commodorum meorum caussa nullam adhibui, ad res meas nullam contuli, res meas indiligenter administraui, tractaui.

Tu has sido tal que ya no tengo cuenta contigo.

Ita de me meritus es, ita gessisti, ea commisisti: eum te præbuisti: præstitisti: vt minimè mihi curæ sis. nullo apud me loco sis minimum te curem: minimũ de te laborem: nulla prope tui curam geram, in minimis te ponam.

Ten cuenta con la continencia.

Caue, vide, studium adhibe: consilio vtere: diligenter animaduerte, aduerte, attende, quam diligenter potes, ne continentiæ terminos trasgrediare, ne longius progrediare, quam continentiæ ratio præscribit, ne quos tibi continenti a terminos præscribit eos transeas: transilies, transijcias: transgrediare: præter grediare ijs excedas: ab ijs excedas.

Tienes mala ventura si palabra alguna deshonesta te oyeren.

Væ tibi: si turpirer aliquid dixeris, si minus honestè, si temore: parum consideratè: non vt ratio præscribit. præter honestatem: contra quam conueniat: contra quam deceat: contra quam liceat: non vt con

ueniat; deceat. liceat, quàm conueniat, deceat, liceat aliter aque conueniat; deceat, liceat : si quod ex ore tuo paullo turpiùs verbum exciderit, si oratio tua finibus excesserit ijs, quos honestum, quos ratio, quos modestia praescribit.

Siempre tuve por cierto, que alcançarias esta dignidad.

Tener por cierto. *Numquam dubitaui, dubium mihi numquam fuit, ambiguum mihi numquam fuit, numquam mihi venit in mentem dubitare, ambigere, suspicari, numquam mihi fuit obscurum, aut parum apertum numquam suspicatus sum fore, ut hic tibi magistratus non deferretur; ut excluderéris hoc magistratu, at repulsum ferres, ut reiicereris, pro certo semper existimaui, certò sum arbitratus, certa spes animum meum tenuit, exploratum mihi fuit, prorsus mihi persuasi futurum, ut ad hunc honoris gradum peruenires, ut aditus tibi ac via pateret, ne tibi umquã eunti ad hunc honorem, via praecluderetur: petitionis tuae ratio numquàm explorata mihi non fuit: incerta, dubia, ambigua, obscura numquam fuit.*

Este es el termino y fin de mis pensamiẽtos.

Termino. *Hic est terminus, finis, scopus, quò intenduntur cogitationes meae: haec est quasi meta, quò ut perueniam, elaboro, atq; euigilo: hùc spectat animus meus, hùc me voluntas, hùc iudicium & ratio ducit.*

En el navegar, acomoda te al tiempo.

In navigando tempestati obsequi artis est, parere tempori, ad rationem temporis consilia accommodare, quasi ducem sequi tempestatem, spectare quid tempus postulet, pendere oportet à tempestate, spectanda tempestas est, ad tempestatem consilia dirigere debemus; habenda tempestati ratio est, cursus navigationis ad rationem tempestatum moderãdus, dirigendus, tenendus. Tiempo bueno para navegar.

El largo tiempo quita el dolor o tristeza.

Dolorem minuit, ac mollit dies, temporis longinquitas, vetustas: quæ nobis à fortuna infliguntur vulnera, sanantur vetustate: vis doloris cum tempore languescit: detrahit de dolore dies, atque adeò extenguit omnem, planeq; tollit: quouis dolore affectis, quouis malo laborantibus medetur tempus, medicinam dies affert, vetustas opem fert, opitulatur, subuenit, auxilio est, subsidio est: finem doloris dies affert: habet hoc tempus, ut quemuit dolorem, quamuis acriter in animo insitum, evellat, atque abiiciat: est hoc temporis, ut omnem malorum memoriam, omnem adversæ fortunæ recordationem ex animo deleat, auferat, eripiat, expellat, amoveat. Tiempo largo.

Al tiempo constituido.

Al dia del plazo partiremos.

Ad constitutam, præstitutam, præfixam, præscriptam, pactam diem de provincia decedemus: ea, quæ constitutum est, quæ conveuit inter nos, die proficiscemur, in viam nos dabimus,

Vendra

Vendra el tiempo,en que la virtud ſera honrada.

Erit aliquãdo illa dies,lucebit illa dies,veniet illud tempus lucem illam aliquando videbimus,que virtutem illuſtret,erit aliqùando,cum virtuti honosha beatur,ſuus tribuatur honos,debita mercesperſolua tur,locus honeſtus vbique ſit,

A todos nos va mal en eſtos infelices tiempos

tiempos malos. *Nemo eſt,cui recte ſit in hoc temporum miſerrimo ſtatu,in hoc tam miſerrimo temporum ſtatu , his temporibus , his tam miſeris temporibus,tam duris,tam aduerſis,triſtibus,infauſtis,iniquis,improbis,perditis,tam alienis ab omni virtute,a bonis artibus,ab omni recte viuendi ordine ac ratione , in hac tam aduerſa,tam dura,tam iniqua.tam miſera tam infelice temporum conditione.in tanta probitate,atque improbitatem,tantiſq̃ temporum vitijs, in his omni calamitate,omni ſcelere, ac flagitio temporibus refertis in hac omnium rerum perturbatione malorum colluuie,doctrinarum,artiumq̃ liberaliũ pernicie.*

Por cumplir como amigo,yo le ſaldre al encuentro.

Topar *Obuiam ibo.obuiam procedant,occurram,vt officium,amicitiæ debitum perſoluam,vt id præſtem, quod amicitia poſtulat.*

Tornar. Al fin boluio a ſu patria.

Aliquando,deniq̃,demum,poſt diuturnum tem pus

pus,longo temporis interuallo,cùm temporis multũ iam abijsset,transacto iam multorum annorum spatio redijt,reuertit,reuersus est,recepit se ad summos lares,patria incunabula,patrias sedes.

No pensando me bueluo al cortijo.

Redeo,reuertor,reuerto,refero me ad rus,repeto rus insciens,imprudens,inscienter præter voluntatem:pedes me ad rus inscienter referunt.

Mucho he sentido,que los que tanto os deuen,os den trabajo o pesar.

Valde sum commotus :cum eos adiui negotium tibi facessere,molestiam exhibere,molestos esse, infensos esse,solicitudinem inferre,te vexari,iniurias accipere,affici molestia ab ijs de quibus ipse bene meritus es,maxime qui summa tibi beneficia debent. Trauajo

Tiene trato en Milan.

Mercadea enla ciudad de Milan.

Mediolani negotiatur,habet negotia,gerit negotia,mercaturam exercet , res agit , negotia tractat. trafagar.

Estoy muy triste y congoxado.

Tristis valde sum,animi dolore torqueor, hilaritas à me omnis a best,mœror summus me,venit mœrore premor,grauissimo,mœrore laceror,vrgeor,affligor,conficior,iaceo,versor in mœrore,ac sordibus,dedi me totum mœrori,tristitia me totum tradidi , mœrorem suscepi ,mœrorem sustineo,,quantum ferret vix possim,iacent animus meus mœrore oppressus:nihil me tristius; mœror meus non is est , quem Tristeza

nulla ratio mitigare, lenire, mollire, sanare, minuere, auferre, demere, eripere, consolare, leuare, abstergere exhaurire possit. Quibus autem verbis mœror: iisdē adiungi potest mœstitia, tristitia, animi dolor, animi cura, animi solicitudo, angor.

V

No e visto hombre mas vano.

Vano. *Vaniorem, inaniorem, leuiorem, dementiorem vi di neminem, nihil est in eo grauitatis: nihil est illo, in anius, vento leuior est, aere inanior,*

Viejo Harto e viuido.

iam me ad exitum vitæ pene natura ipsa perdu xit, ætatis satis superq̃, Vixi non est, cur me pæniteat, quantum vixerim: vixi vitam satis diuturnam cursus mihi vitæ iam pene confectus & absolutus est: decursum mihi iam prope vitæ spatium est, quātulū mihi vitæ spatiū restat quantulū mihi vitæ restat, superest reliquū est relinquitur, tāquā à carceribus ad metā vitæ iam perueni: vixi quatenus homini licet, quatenus homini satis esse possit extre mæ senectutis, onus sustineo, extrema mihi vitæ pars agitur.

Vicario Es vicario.

Pontificium munus sustinet, pontificis agit partes, Pontificem agit, Pontificis loco est, vicariam ope ram Pontifices loco præbet: Pontificis personam ge rit, sustinet.

Vltima miseria. A vuestro mal ya no ay remedio.

Eo te redactum video, vt ope humana seruari non possis, vt actum prorsus de te sit, de tuis

fortunis, de salute tua, vt spem habere melioris fortunæ nullam posiis. vt spes melioris euentus nulla relinquatur, vt ip sa te salus seruare nō posit.

Ora es de vacaciones, y descansar en los estudios.

Vacaciones.

Feriari licet à studijs, studia intermittere, studia paullulum deponere.

Agora no ay trato, Cessan negocios.

Quies nunc a negotijs est, quiescunt negotia, prolatæ, res sunt, negotia non geruntur, negotiorum nihil est, rerum nihil geritur, quiescunt homines à negotijs, feriæ sunt a negotiis, vacatio est à rebus gerēdis, vacationem à rebus, quietem à negotijs concedit tempus.

En todo lo que se offreciere me amparare, o seruire de vuestro hermano.

Vtar ad omnia tuo fratre, vtar opera tui fratris in omni re, confugiam ad fratrem tuum: siquid erit agendum, fratri tuo committam, ad fratrem tuum referam, in fratrem tuum reijciam, eius consilium petam, operam exposcam.

No e conoscido hombre mas esforçado.

Valeroso, o valiente.

Neminem cognoui fortiorem, validiorem, in quo plus roboris, firmitatis, virium in esset, qui firmior, esset à viribus, qui virium firmitate præstaret, qui robore corporis illum anteiret, qui viribus magis valeret: cuius esset prestantior fortitudo.

Gran honra gano en defender con tanto esfuerço la patria.

Egregia laude se dignum ostendit, summam laudem consecutus est, quia patriam fortiter tutatus est, acriter, strenuè, vehementer, accerrimum se patriæ defensorem præbuit, hostibus patriæ suum corpus obiecit, opposuit: ita pro patria pugnavit: ut fortitudinis laudem tulerit, prælia sustinuit pro patria, vires omnes ad salutem patriæ tuendam contulit: pro salute patriæ defendenda contendit omnes nervos.

En fuerça ninguno os excede.

Tam firmus, tam validus, tam fortis, tam robustus, quàm qui maximè, ita paratus es à viribus, ut nemo magis: viribus vales, nemo tibi viribus superior est, præstat, antecellit, superiorem viribus neminem habes, paucos pares: firmitate corporis excellis, vires in te sunt firmissimæ, virium, roboris, nervorum in te plurimum est: egregiè robustus es: vilidus firmus, fortis.

Amigo soys de liuiandades.

Vanidad *Rebus levioribus tuum studium das, tibi placet levitates: contemplaris, sequeris, amas inania: contulisti tuum studium ad res inanes: colis ea: quæ non consistunt, nihil habent firmitudinis: nihil gravitatis, nihil ponderis, inania sunt, levia, nullius ponderis, infima, minimè solida: amas ea, quæ solidum nihil habent.*

La vegez de los padres, apoya enla juuentud de los hijos.

Vegez. *Parentum ætas ingravescens, filiorum in adolescentia*

centia conquiescit:parentum imbecillitas filiorũ ni titur adolescentia: parentum senectutem fulcit, ac sustentat filiorum adolescentia: subsidio est labenti bus parentum viribus adolescentia liberorum:senio parentum subueniunt adolescentes filij,

No ay pecado mas nefando,que herir el hijo al padre.

Nullum crimen,piaculum,scelus gravius est, aut detestabilius,quàm patri manus afferre,vim in ferre:maximo se adstringit scelere,graue piaculum admittit,impiè facit,qui parentem violat,ledit, qui violat eam pietatem,quæ parenti debetur : nullum scelus abest ab eo scelere,in uno illo scelere omnia in sunt scelera,cùm parenti vis infertur. vellaquería.

He velado toda la noche. Velar.

Somnum hac nocte numquam vidi,oculis numquam vidi meis, capere numquam potui, somnus hac nocte meos oculos effugit à meis oculis,nũquam se obtulit oculis meis,refugit à meis oculis : noctem insomnem duxit,insomnia laboravi: perpetua vigilia sum vexatus,spatium noctis universum pervigi laui,soporem numquam gustavi,numquam quievi, qui es numquam data est,omnes mihi noctis partes vacuæ somno, expertes somni,sine somno fuerunt.

Con poco trabajo venci a los dos. Vencer

Vtrumque facile fregi,atque abieci, nullo negotio retudi,victoriam ex utroq; tuli,victoria sum potitius,uterque mihi victus cessit.

Vencio en batalla a Pompeyo, aunque tenia

menos gente,

Cæsar Pompeium, cum exercitum ipse haberet multis partibus inferiorem, pugna tamen fregit, prælio superauit, acie vicit, fudit, fugauitq́ copias, eius profligauit: in fugam coniecit, conuertit, victoria est potitus: vitoriam tulit, obtinuit, consecutus est, adeptus est,

Agrauiado me haueys, pero ora vendra en que me vengare.

Vēgar. *Iniquè mecum egisti sed erit cùm tibi idem reponam iniuriam fecisti, iniuriam aduersus me intulisti, iniuria me affecisti, lacessisti, prouocasti iniuriose me tractasti, acerbè iniquè, amarè, contra iura, omnia, aduersus iustitiæ leges contra quam iustitia præscribit, sed parem aliquando gratiam referam, parite munere remunerabor, par pari referam, meritameritis compensabo.*

El mismo a hecho en si lo que nosotros auiamos de hazer.

Nostram vicem vltus est ipse sese, quem hostem eūdem sui met vltorem habuimus: eundem & iniquū aduersus nos & iniquitatis, atque iniuriarum vindicē habuimus: vltor fuit, ac punitor doloris nostri: quod nostrum erat, ipse effecit, vt iniurias nostras in se ipso vindicaret: vlcisceretur: persequeretur.

Ninguno ay que siempre sea venturoso.

Vētura. *Quis est: qui nihil in vita mali videat, nibi sustineat incommodi, nullam ferat calamitatem?*

tem:cuius est perpetua felicitas, nullis interrupta malis:nemo fortuna vtitur perpetuo bona: nemini res ad voluntatem semper fluunt:nemo est, cui prospere omnia succedant, nihil contra voluntatem eueniat nullum accidat infortunium; secunda sint omnia, optata omnia contingunt.

No ay vētura, o dicha que cō la tuya yguale,

Tuas fortunas nemo superat: æquas omnium fortunas, prospere tecum agitur, fit ut, inuidere nemini possit felicitate conferri tecum fortasse multi præferri tibi, anteferri, præponi, anteponi certè nemo potest, ea fortuna vteris, quæ potest esse maxima, ita beatus est, ut nemo magis: ijs vel ornamentis, vel præsidijs, redundas, quibus maiora esse nulla possunt: nihil non optabile consecutus es. nihil ad felicitatem tibi deest: ea possides, ac tenes, quæ beatã vitam efficiant, quæ sunt in vita expetenda, quæ qui possidet, fortunam accusare nullo pacto possit, nullius fortunam sibi exoptare debeat: nemo est paratior ab ijs rebus, in quibus sita felicitas est: rebus omnibus affluis: non est, quod quidquam desideres: optimus est rerum tuarum status: tibi satis est, vel ingenij, vel fortunæ ad bene, beateq; viuendum, animi et fortunæ bona sic in te sunt, ut in nullo magis.

Mas cuenta tengo con la verdad que con la amicicia.

Veritati plus, quàm amicitiæ, tribuo, maiorem habeo veritatis, quàm amicitiæ rationem: pluris est apud me veritas, quàm amicitia, amici-

tiæ veritatem ante pono, locum apud me honestiorem veritas obtinet, quam amicitia: apud me cedit amicitia veritati, nihil amicitia largior, nihil veritati nego.

Vestido a vso de españa.

Vestido, *Ornatus Hispaniensi Hispanorum more, indutus more Hispaniensi, speciem hominum Hispanorum vestitu referens, præseferens, vt in Hispania solet, vt Hispania mos & consuetudo fert.*

Los sabios desde lexos saben lo que a de acaecer.

Ver de lexos. *Sapientia præditi longè inposterum prospiciunt, res futuras vt præsentes intuentur, tamquam oculis cernunt: sapientibus euenta rerum p̄ entes, ante oculos futura sunt, sunt sapientes percipiunt animo futura coniectura futuras res assequuntur: ea, quæ impendent, tamquam ex aliqua specula prospiciunt.*

Dende mi aposento, estandome sentado, veia toda la vega, o campaña.

Ver dende su aposento. *Tota mihi illa regio, in cubiculo meo sedenti, erat in conspectu, ante oculos erat, sub oculis erat, ob oculos erat, ad oculos occurrebat, in oculis erat, sese ostendebat, patebat, aperiebatur, exponebatur.*

Despues de la honra ninguna cosa auemos de amar mas que la vida.

Vida. *Omnium rerum, honore excepto, prima esse, carissima, antiquissima vita debet, secundum honorem post honorem, honore excepto si honorem ex cepe-*

ceperis, nihil esse debet vita prius, potius, carius, antiquius, primas sibi partes post honorem vita vindicat, primæ partes vitæ debentur honore tamen excepto,

No solamente se ha de tener cuenta con la honra, mas con la vida.

Saluti pariter & honori consulendum: ducenda simul ratio est & salutis, & adignitatis: non dignitatem magis, quam salutem spectare debemus: salutis ratio cum dignitatis ratione coniugenda, quærenda amanda, expetenda sine salute dignitas non est, adignitate vita seiungenda, decet studere dignitati: cũ eo tamen ne studium vitæ negligatur,

Buen principio de vida aueys hecho

Sapienter vitam instituisti: optimum cursum cæpisti, optimam partem elexisti, exordium vitæ præclarum fecisti: egregio vitam principio iniuisti.

Hare que tengas vida reposada.

Præstabo tibi otium, quietem, vitam tranquillam, facilem, alienam ab omni cura, omnium expertem pertubationum ab omni molestia remotam, seiunctam segregatam, disiunctam, efficiam, vt quietè viuas vt quietam vitam ducas, facilem vt habeas & expeditum vitæ cursum tranquillè prorsus vt agas vt omni molestia vaces, vt otio fruaris iucundissimo. vberrimo, vt otiose viuas.

Nunca el viento contrario nos dexo tomar puerto.

Viento. *Portum, reflante vento, tenere non potuimus, ingredi, inire, obtinere, assequi non licuit: venti vis ad versa portu nos exclusit, prohibuit, arcuit, amovit: reiecti sumus à portu reflante vento, portum vetus eripuit: summovit nos ventus à portu, portum inire conantes repulit ventus.*

Mucho me marauillo, que os holgueys de conuersar con este vil y apocado.

Valde miror, quòd hominis teterrimi, ac sordidißimi cõsuetudine utaris, mirari satis nõ possum quòd eius in te hominis usus & consuetudo delectet, cuius infima conditio sit, qui sit infimæ conditionis, humillimi loci, obscuri loci, nullius loci, nullius ordinis nullius pretij, despectus, abiectus, contemptus, terræ filius, inops ab omni prorsus existimatione, neque à se ipso neque à maioribus commendatus, honestatus nobilitatus, insignis.

Yo lo e conocido de muy baxos pensamientos.

Vileza. *Summam in eo animi humilitatem cognovi, animi demißionem, abiectionem, infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem, angustias: hominem esse vidi exigui admodum animi, demißi, abiecti, humillimi, infimi, imbecilli, per angusti, imprimis pusilli, nihil altum suscipientem, nihil spectantem in laude positum, nihil de laude cogitantem, nullius laudis cupiditate flagrantem, aversum ab omni gloriæ studio, in humiles, planeq; sordidas cogitationes deiectum, tamquã*

tamquam humi serpentem.

No he visto mayor villano, o mas descortes. Villano.

Neminem qui tam longè ab humanitate abesset, tam esset alienus ab humanitate, tam expers humanitatis, in quo minus esset humanitatis umquam vidi, omnem prorsus humanitatem liberalitatemq; naturæ sic ignorat, ut nemo magis: minimè omnium de humanitate loborat: officium negligit: ita nihil agit liberaliter. ut liberalitatem non esse virtutem existimare videatur.

Lo deste titulo esta arriba en vellaqueria. Violécia.

Aun sabio como vos le esta bien juzgar, que la verdadera alabança sale de sola virtud.

Tuæ sapientiæ est, ueram laudem in vna virtute positam, sitam, locatam, constitutam existimare, in una virtute consistere, ab vna virtute pendere, nasci, fluere, manare, proficisci. Virtud.

Al que no va acompañado de virtud, facil mente lo derriba la fortuna.

Cui comes virtus non est, in animo facilè cadit à fortuna percussus: ictus fortunæ ferre non potest, qui tectus virtute non est, qui virtute munitus non est, qui se virtutis armis non tuetur: sine virtute infirmi sumus, malè muniti, aperti adversus fortunæ vim: facile vincimur à fortuna, virtutis præsidio destituti, absente virtute, nisi adsint virtutis opes.

Muc ō

Mucho puede la virtud.

Todo lo manda o señorea la virtud.

Summa virtutis potestas est, præ est virtus cunctis rebus humanis, regit omnia, temperat, moderatur, administrat, omnia sunt in potestate virtutis, ipsa nemini, ei omnes, & omnia parent, virtus latè dominatur, regnat vbique locorum, imperium habet in omnes res, vim habet infinitam, valet ad omnia, assequitur omnia, summum possidet ius, vincit omnes opes: omnes superat difficultates, durissima quæque perrumpit, quaslibet angustias, quæuis claustra pertransit, illustrat omnes tenebras lucet in tenebris pulsa loco manet, non surripitur furto, non eripitur vi, non vetustate senescit, non incendio corrumpitur, nullis capitur insidijs, nullos fortunæ casus extimescit, plane omnium rerum domina, omnium regina est.

La virtud siempre nos fauoresce en prosperidad, y en desventura.

In vtraque fortuna maximus ex virtute fructus capitur, percipitur, colligitur: virtus tum in aduersa, tum in secunda fortuna vberrimos fructus affert magnas vtilitates in omni fortuna quærit virtus aduersis pariter, & secũdis in rebus cõmoda proficiscũtur ex virtute multa semper vtilis & fructuosa virtus est, nũquã vtilis virtus nõ est, in omni tẽpore iuuamur à virtute, imbecilli confirmamur, iacentes

centes & afflicti excitamur, sublevamur, erigimur Ec quando non utilis virtus est? Ecquæ utilitas cum virtutis utilitate conferenda?

Con tus trabajos as alcançado la virtud. virtuoso

Tuis laboribus, ac vigilijs virtutem tibi peperisti, cō parasti, parasti, consecutus es, adeptus es, tui tibi labores & vigiliæ virtutem pepererunt: magnis laboribus, & vigilijs consecutus es, ut virtutem possideas in virtute floreas, valeas, polleas, excellas, antecellas præstes, fruaris, tuam virtutem tuis laboribus & vigilijs referre acceptam: tibi ipsi, tuisq́; laboribus tuā virtutem debes: non hoc virtutis in te esset, istam virtutem non haberes, non teneres, non possides, nisi labores gravissimos & suscepisses, & pretulisses.

Quien no dessea larga vida? Vivir.

Ecquis est, qui diuturnam vitam non amet, non cupiat, exoptet, expetat: cui diuturna vita non placeat? Quis diu vivere, diu vitam agere, diuturnam ducere, traducere, vitā agere, transigere, vivere, diuturna lucis usura, frui, diu inter homines ahere, cū hominibus versari in terris morari non cupis.

Assaz e viuido.

Satis diu vixi, ætatis vixi, vitæ satisfeci, ætate, satis longè, vitam produxi, satis lōgum vitæ spatium peregi: non me penitet, quantum vixerim: cursum vitæ minime brevem peregi, vixi vitam satis diuturnam, hoc vitæ spatio contentus esse possum, non moriar immaturus: non avoler immaturus à vita.

No se si sere bivo entonces.

No tengo certidumbre de poder viuir tãto.

Optandum est, ut ad id tempus ducere spiritũ possim: incerta ad illud tempus vita est: vereor, ne non tam diu vivam, ne non usque eò vitam producam: vitam quis mihi præstat ad illud tempus? explorata mihi ad eam diem vita non est.

Vivió en miseria y affan, y murio con gran honra.

Vt miserè vixit, ita perijt honestè: miserrimam vitam mors præclara terminavit: vitam infelicem egregio mortis genere conclusit: acerbitates vitæ multas unã, peregreg. mortis hora compensavit: vitam vixit infelicem, præclaram verò mortem obijt: miserias in vita sustinuit, decus in morte tulit.

Muy de bueua voluntad te permito que dexes los estuidos, pues vives mal sano.

volũtad *Cũm sis valetudine infirmus, me perlibẽter usum studiorum dimittes, summa mea voluntate studia depones: libentissimè tibi largio, per libenter concedo, utraque manu do, ut à studiorum consuetudine te se iungas, te à studijs discedere, facillimè patior; in studijs omittendis cum tuo sensu meus quoque, sensus congruit.*

Esta es la usança, assi se usa.

Vso. *Translatitium hoc est, usitatum, in more positum, more comparatum, mos obtinuit: mos invaluit, moris est, consuetudo ita fert, more fit.*

El tanto uso, causa que ya no siento mis fatigas.

Malo-

Malorum usus mihi sensum adimit, leviora viden tur, quæ diu sustinui mala, occaluit iam animus diuturno malorum usu: callum obduxit animo meo diuturna calamitatum consuetudo, sic ut minime sentiat, ut sensu prorsus vacet, ut sensum amiserit.

* *
*

FINIS.

Di de espuelas al cauallo por saluar la vida. Cauallo.

Vt vitæ consulerem, vt euaderem è presenti periculo, vt periculum vitarẽ minimè dubiũ ad hostes equum misi, immisi, admisi, incitaui, laxatis habenis hostes versus impuli.

Partire con vos lo que yo posseo. Communicar, o dar parte.

Communicabo tibi, imperitiam tibi rem meam communis inter nos erit mea res, partem capies de mea re: rei meæ particeps eris: non minus tibi, quàm mihi, tibi pariter & mihi, æquè vtriq; nostrum, non mihi magis, quàm tibi, mea res parebit: vtemur communi iure, æquo iure, pari potestate mea re: iuris tibi tantum quantum ipsi mihi, erit in mea re: mecum rẽ meam communicabis, communem habebis.

Los Philosophos, si algo les acaesce, no aguardan el remedio de Fortuna, si no de si mismos. confiar en si mismo.

Hic est mos Philosophorum, ea vitæ ratio, illud institutum, non vt à fortuna pendeant, cuius est in rebus humanis maxima vis, sed vt in se ipsis omnia statuant, collocent, ponãt, omnes in se ipsis sitas ac locatas rationes & spes habeant, se spectent ipsos, suis nitãtur viribus nihil aliunde spectẽt, a se ipsis omnia, præsidia constituant ad omnes casus in se ipsis omnia.

Vuestras cosas tratare con toda di-

 ligencia.

Ego tuas res, pro eo ac debeo, vti debeo, tua negotia, quid quid ad te pertinebit, diligenter agam, curabo.

Vos aueys hecho vna cosa muy acertada.

Nihil neque elegantius, neque ad honorem præstantius effici potuit, facinus fecisti pulcherrimum, & in primis honorificũ, speciosa, est, res valdeq́; ampla, quam præstitisti.

La cosa no es acabada, per o luego se acabara.

Sublata res tota non est, sed magna tamẽ ex parte profligata, parum abest, quin ad exitum res peruenerit, eo res processit, vt ab exitu nõ lõge absfuerit, vt ad exitum pænè peruen er. & exitum pænè attigerit.

Mudadas estan oy mis cosas.

Diuersa nunc mea ratio est: non eadem est, immutata est ratio rerum mearum: alius est rerũ mearum status: aliter se meæ res habent, non eodem loco, non eiusdem loci sunt: alius est rerum mearum status.

Vuestras cosas se estan como solian.

Res ad huc tuæ tibi sunt integræ, saluæ, incolumes, nullam res tuæ iacturam tulerũt, nihil detractum est de tuis rebus, incolumitatem obtinent: res, rationes, fortunæ tuæ: bene est rebus tuis, nihil preter voluntatem, nihil secus, contra quam velis.

Mis cosas os he encomendado bien claras.

Res meas tibi tradidi satis aptas, explicatas, expeditas, optime constitutas, nullis difficultatibus implicatas, eiusmodi, vt exhibere tibi negotium aut nullum, aut certè minimum possint, vt labori tibi esse, aut modestiæ nequaquã possint.

Creyan que lo auia hecho de couarde. Couardia.

Hoc illi tribuebatur ignauiæ: commissum hoc ex ignauia homines interpretabãtur, caussam huiusce facti in ignauiam conferebãt: hoc ad ignauiam, inertiam, desidiam, languorem referebant, adscribebant ignauiæ, assignabant, ignauiæ, ignaui esse hominis aiebant.

POr estar ya començado a imprimir este Libro, quando se determino de añadirle este indice, no se pudo hallar otro modo mejor decitar los lugares q̃ este; el qual se entendera facilmente aduirtiẽdo, quel primer numero significa la hoja, y el siguiente, o los siguientes hasta la cruzetica ò estrella las frases de aquella hoja, segũ este exemplo. Abogado. folio.7. frase.1. f.7 fr.1.

En


r,v.gana,f


re.f.35, fr.

echoso,

ni.


1 18666280




179
4
Y
15